

**Jacobi Vercelloni pedemontani phil. & medic. doctoris De glandulis  
oesophagi conglomeratis, humore verò digestuo & vermbus dissertatio  
anatomico-medica prima ad sacrum amplissimumque senatum  
Mediolanensem.**

### **Contributors**

Vercellone, Jacopo, 1676-

### **Publication/Creation**

Astae : Typis Ioannis Baptistae de Zangrandis, MDCCXI. [1711]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/qsf4pgan>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



63391 / B

F J 1912  
K 18 Jan 23

N  
6.32

The Library of the  
Wellcome Institute for  
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY  
OF  
LONDON  
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

VERCELLONIUS,  
J.



Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

[https://archive.org](https://archive.org/details/b30550804) /details/b30550804

JACOBI  
UERCELLONI  
D I S S E R T A T I O

*Anatomico - Medica Prima*

ГОСУДАРСТВЕННАЯ  
БИБЛИОТЕКА РСФСР  
ОИТК ТЯЗЕЛЬ  
ОПИСЬ ИЗДАНИЙ СОВЕТСКОГО

J A C O B I  
VERCELLONI

P E D E M O N T A N I

*Phil. & Medic. Doctoris*

*D E*

Glandulis Oesophagi Conglomeratis,

*Humore vero Digestius*

*&*

Vermibus

**DISSERTATIO**

Anatomico-Medica Prima

*A D*

*Sacrum Amplissimumque*

**SENATVM**

MEDIOLANENSEM



**A S T A E MDCCXI.**

---

Typis Ioannis Baptiste de Zangrandis

*Superiorum permisù*

# HERODOTVS

## In Polymnia :

**N**ISI Diuersa inter se Sententia dicantur, non potest quis ehi  
gere meliorem ; Sed necesse habet eà, qua dicta est, uti.  
At cùm plures dicta sunt, licet tanquam aurum purum delin-  
gere : quod per se discerni cùm nequeat, comparatum cum altero  
discerni potest.

*Amplissimis, Prudentissimis, Sapientissimis,*

TOTO ORBE

*CELEBERIMIS VIRIS,*

**P R Æ S I D J,**

**S E N A T O R I B V S**

**C O E T E R I S Q V E O R D I N I B V S**

*Inclyti, Augusti, Sacri*

**S E N A T V S**

**M E D J O L A N E N S I S**

**P A T R I A E P A T R I B V S,**

**D O M I N I S C L E M E N T I S S I M I S**

*SAL. ET FELIC. PRECATVR*

*JACOBVS VERCELLONVS PEDEMONTANVS.*

**J**Gnotus Ignotos quærit Mœ-  
cenates, PATRES CON-  
SCRIPTI; quærendi tamen  
vnica hæc ratio est, quòd cupid  
ha-

## E P I S T O L A

habere notissimos. Vsque adeò nā  
que insita est animantibus quibus-  
uis illa *Storgi*, seù Parentium er-  
gà Liberos propensio, vt nem-  
nem inuenire sit tām vœcordem,  
qui credere velit Fœtus suos nisi  
perspecto. Quarè & cùm mihi  
obtigerit aliquandò Libellum hūc  
abortiuisse, cùmque adeò inani-  
mem penitus atque informem  
*Numinis* cuiquam deuouendum  
duxisse , cuius , tanquam alte-  
rius *Lucinæ*, amplexu Vitam for-  
mamque adipisceretur , nil pro-  
indè aliud suspiciendum fuit ,  
quam Sublime *Nomen Vestrum*  
ceù cuius iubar vbiique fulgidum  
mihi

## DEDICATORIA

mihi iccirco non poterat non esse  
conspicuum . Etenim planè eò  
Dignitatis Virtute euecti estis ,  
**VIRI ORNATISSIMI** , vndè  
totus illustratur Orbis ; nec quis-  
quam est tām novus istius Incola ,  
qui radios Sapientiæ *Uestrę* non  
fentiat , aut non demiretur . Te-  
stis huius rei fidissimus est Histo-  
ria , testis Iurisprudentia , testis  
denique ipsa imprimis *Medicina*  
nostra , quæ aliàs facta propria  
in aliena inquirere inassueta , qu-  
ùm tamen eorum satagit , quę  
siuè *Medici* decorum , siuè publi-  
cas calamitates concernunt , nihil  
aliud in medium iām offerre no-  
uit ,

## E P I S T O L A

uit, quām Sanctiones ac Edicta SENATVS MEDIO-LANENSIS. Quo factum, vt in ijs obseruandis toti sint Professores Nostri, vtque vel nuperimis hisce diebus ipsorum Elogia è Borealibus usque Cathedris fuerint evulgata\*. Quamuis, haud ex auditu tantum; Fama Excelſi *Vestri Nominis* ad me peruererat insupèr ex obtutu: qvùm nimirùm in mea peregrinatione Italica in *Urbem Vestram* delatus ea tūm nosſe potui, quæ aliàs nec ſomniasſem quidèm. Uidi ſcilicet [loquar cum Epirota illo Romà quon-

\* Lipsia à Ioan.  
Boha. l. de Off. Med.

dàm

## DEDICATORIA

dàm reduce ] Vrbem Orbi pa-  
rem , Areopagum Vrbi , &  
quam tot Reges, quot *Senatores*  
implebant . Et ne illa memorem ,  
quæ siuè Maiestatem , siuè Re-  
gimen *Uestrū* concernunt [ vtpo-  
tè quę incomprehensibilia , à Su-  
tore etiàm , qui vltrà crepidam ,  
vt aiunt,iudicium ferre non debet ,  
dignè satis extolli nequeunt ] di-  
cam solummodò vidisse Me Splen-  
dentissimum illum *Medicorum*  
*Confessum* abs *Vobis* in subsidiū  
Pauperum Ægrotantium quoti-  
diè conuocatum , & qui adeò  
verè , *Corona Pietatis* *Vestrę* ap-  
pellari meretur: *Medicorum* itèm

§

simùl

E P I S T O L A

simùl consultantium Modestiam  
per *Uos* ( teste *Septalio Vestro* )  
ijsdem inculcatam ; Xenodochio-  
rum denique Amplitudinem ,  
Diuitias , Administrationem ,  
quæ certè nil aliud sapere viden-  
tur , quàm Magnificentiam , Li-  
beralitatem , Pietatem *Mediola-*  
*nensium* . His itàque notitijs , tan-  
quàm ducibus instruētus , quidni  
in hac inopia mea rectà in *Uos*  
respexissem , quosque Animo per-  
petuò gestabam non habuisssem  
presentissimos ? Cùr , inquam ,  
secùs *Uos* , Fœtum hunc alijs tra-  
didissem informandum , ac luce ,  
qua

## DEDICATORIA

quà ipsi carent , imbuendum li-  
quissem? Restat duntaxat, vt igno-  
to mihi, Supercilio *Vestro* beni-  
gnè annuatis ; sique tantum Pa-  
trocinium affectaui , memineritis,  
**PATRES CONSCRIPTI**, Ten-  
uvia ingenia , nisi audeant, nihil  
esse , & cùm auiculæ ipsæ quò hu-  
miliores eò altius nidulari con-  
tendant . Deus *Vos* Uestrasque  
familias diù seruet incolumes, ca-  
ducisque his bonis omnibus satia-  
tos ęternūm tandem fortunet ac  
beet.

Vouebam San Damiani apud  
Astenses pridie Kal. Decemb.  
**MDCCXI.**

MDCCXII.

10

# SERIES

*Paruorum Initiorum,*

Quâ &

## HVIUS DISSERTATIONIS

*Contextus explanatur.*

### PRO O E M I V M

I.	<b>M</b> edicinæ dignitas	pag. 1.
II.	Extenuatur á Pseudo-Medicis.	p. 2.
III.	Veri Medici sunt & Philosophi.	p. 4.
IV.	Quotuplex sit Philosophia?	p. 5.
V.	Experimentalis omnium partium Philosophiae Princeps.	p. 7.
VI.	Intér Experimentalia verò eminent Anatomia.	p. 9.
VII.	Ut & inter Anatomica excellit ea cognitio, quæ concernit Chylificationem.	p. 10.
VIII.	Authoris sic circó de hâc re deliberatio.	p. 12.

SEC

S E C T I O   P R I M A  
De Glandulis OEsophagi Conglomeratis.

- I. Masticationis explicatio integra p. 20.  
II. Deglutitionis verò defectuosa Ibid.  
III. Et quare? p. 21.  
IV. Unde & Chiloseos expositio falsissima p. 30.  
V. Quid propterea Author tandem decreuerit. p. 31.  
VI. OEsophagi magnitudo, figura, situs; p. 35.  
VII. Partes continentes, & I. Tunica Mem-  
branosa. p. 37.  
VIII. Tunica 2. Musculosa. p. 40.  
IX. OEsophagi diuisio in duos Tubos. p. 42.  
X. Ulterior Authoris inquisitio in istos Tubos. p. 43.  
XI. Noui excretorij ductus ad eosdem Tu-  
bos. p. 44.  
XII. Primum illorum par à glandulis Gastricis  
Conglomeratis. p. 48.  
XIII. Structura huiusmodi glandularum. p. 50.  
XIV. 2. par à glandulis Dorsalibus Conglom. p. 55.  
XV. Glandulæ Dorsales Conglomeratae. p. 58.  
XVI. 3. par. à glandulis Bronchialibus Conglom. p. 61.  
XVII. Glandulæ Bronchiales Conglomeratae. p.  
XVIII. 4. par à glandulis primæ Diuisionis Aſpe-  
ræ arteriæ Conglom. p. 65.  
XIX. Glandulæ primæ diuisionis Aſperæ Arteriæ  
Conglomeratae. p. 66.  
XX. 5., 6., nonnunquam etiam 7. par à glandulis  
Trache-

Trachealibus tergeminis <i>Conglom.</i>	p. 68.
XXI. <i>Glandulæ Tracheales triforimes.</i>	p. 69:
XXII. <i>Postremum par à glandula Thyroidœa Congl.</i>	p. 75.
XXIII. <i>Glandula Thyojdœa Conglomerata.</i>	p. 76.
XXIV. <i>Admonitio circà apparentiam Ductum evnunciatorum.</i>	p. 79.
XXV. 3. <i>Tunica Neruea.</i>	p. 80.
XXVI. <i>Noui Lymphæ ductus ad hanc Tunicam.</i>	p. 84
XXVII. <i>A glandulis Iugularibus Conglom.</i>	p. 87.
XXVIII. <i>Crusta Vvilosa.</i>	p. 89.

## S E C T I O   S E C V N D A

### De Humore verè Digestiō.

I. <i>Uſus Tunicæ Membranosæ,</i>	p. 91.
II. <i>Ut &amp; Musculosæ.</i>	p. 92.
III. <i>Officium nouorum ductum,</i>	p. 93.
IV. <i>Nec non Troclearum.</i>	p. 94.
V. <i>Cūr OEsophagus divisibilis in duos Tubos</i>	Ibid.
VI. <i>Munus itém glandularum Conglomerat.</i>	p. 99.
VII. <i>Gastricarum.</i>	p. 101.
VIII. <i>Dorsalium.</i>	p. 102.
IX. <i>Bronchialium</i>	p. 103.
X. <i>Primæ diuisionis Aſperæ arteriæ.</i>	p. 106.
XI. <i>Trachealium.</i>	p. 107.
XII. <i>Thyroidœæ</i>	p. 111.
XIII. <i>Uſus Thymi.</i>	p. 112.
	xIV.

- XIV.** *Ratio situationis glandularum eiusmodi Conglom.* p, 116.  
**XV.** *Officium denique Tunicae Neruosaæ.* p. 117.  
**XVI.** *Crustæ Uvilosæ.* Ibid.  
**XVI.** *Et Succorum stagnantium in Oesophagus.* p, 118.  
**XVIII.** *Humor glandularum Oesophagi Uasculo-vessiculosarum verum est fermentum Digestiuvm.* p, 119.  
**XIX.** *Probatur 1. ex multitudine, atque ex diuersitate Opinionum de hoc fermento.* p. 119.  
*Opinio Petri Castelli.* p. 120.  
*Helmontij.* Ibid.  
*Riolani.* p. 121.  
*Gabrielis Fontani,* Ibid.  
*Petri Borelli.* p: 122.  
*Sennerti.* Ibid.  
*Craanenij.* Ibid.  
*Hogelandi,* p. 123  
*Iacobi de Bak.* p. 124.  
*Joannis Maiovu.* p. 126.  
**XX.** *Probatur 2. à falsitate earundem Opinionum Ostenditur falsitas 1. 2. 3.* Ibid.  
*Quartæ.* p. 127.  
*Quintæ.* Ibid.  
*Sextæ.* p. 128.  
*Septimæ.* p. 129.  
*Octauæ.* p. 130.  
*None* p. 131.

<i>Nonæ.</i>	<i>p. 154.</i>
<i>Decimæ.</i>	<i>p. 156.</i>
<i>XXI. Probatur 3. positiuē, &amp; i. ratione falsediniis liquoris supradicti.</i>	<i>p. 158.</i>
<i>XXII. 2. Ratione fūsionis.</i>	<i>p. 160.</i>
<i>XXIII. 3. Ratione commixtionis cum re fermentanda.</i>	<i>p. 160.</i>
<i>XXIV. 4. quia est homogeneous cum alimentis.</i>	<i>p. 126</i>
<i>XXV. 5. nec non etherogeneous.</i>	<i>p. 167.</i>
<i>XXVI. Quomodo soluat alimenta.</i>	<i>p. 170.</i>
<i>XXXII. Quæstio, An solutio alimentorum sufficiat ad Chylificationem?</i>	<i>p. 172.</i>
<i>XXVII. Respondetur, quod non.</i>	<i>p. 174.</i>

### S E C T I O   T E R T I A

#### De Vermibus.

<i>J.</i>	<i>Quidnam præterea requiratur?</i>	<i>p. 179.</i>
<i>IJ.</i>	<i>Ex Uermes, aut istorum Oua:</i>	<i>p. 181.</i>
<i>IJJ.</i>	<i>Probatur hoc ex ipsorum existentia in uno- quoque Vjuente:</i>	<i>p. 183.</i>
<i>IV.</i>	<i>In succo nutritiuo Planarum,</i>	<i>p. 184.</i>
<i>V.</i>	<i>In OEsophago Avicularum.</i>	<i>p. 189.</i>
<i>VJ.</i>	<i>In OEsophago Canino.</i>	<i>p. 191.</i>
<i>VIJ.</i>	<i>In OEsophago Humano.</i>	<i>p. 193.</i>
<i>VIII.</i>	<i>Glandula Thyroidæa merum Uermium est Ouarium.</i>	<i>p. 194.</i>
<i>IX.</i>	<i>Probatur Experientiâ.</i>	<i>p. 195.</i>
	<i>*</i>	<i>X. Et</i>

- X. *Et Ratione Autopticā.* p. 204.  
 XI. *Oua Uerminosa homini sunt connaturali :* p. 206.  
 XII. *E' uitur Sententia Veterum de Vermium  
Generatione* p. 207.  
 XIII. *Reijcitur altera Recentiorum à Vallisniero* Ibid.  
 XIV. *Opinio Uallisnieri manca.* p. 214.  
 XV. *Confirmat nostram.* p. 217.  
 XVI. *Sol. Uerminosi Seminis fæcundatio est  
homini præternaturalis* p. 220.  
 XVII. *Probatur denique Oua Verminosa esse  
principium illud Chylificativm supra  
quæsum ex ipsa vermium structura* p. 221.  
 XVIII. *Ex accidentibus Verminosis, & reme-  
diorum antelminticorum actione.*  
 XIX. *Satisfit obiectis, & respondetur aliquibus  
quaestis.* p. 237.  
 XX. *Concluditur proinde, nil Deesse humoris glan-  
dularum Conglomeratarum Oesophagi  
ad veri fermenti digestiui rationem.* p. 246.  
 XXI. *Probatur s. hæc Conclusio à simili.* Ibid.  
 XXII. *In Cane,* p. 247.  
 XXIII. *Sue,* p. 252.  
 XXIV. *Vitulo,* p. 254.  
 XXV. *Explicantur phænomena Digestione in con-  
cernentia, & i. Fames,* Ibid.  
 XXVI. *Sitis.* p. 259.  
 XXVII. *Morbi.* Ibid.  
 XXVIII. *Remediorum Stomachiorum actio.* p. 262.  
**EPJ-**

## EPILOGUS , SEV CONCLVSJO

- |       |                                                                              |                |
|-------|------------------------------------------------------------------------------|----------------|
| I.    | <i>Ergò liquor glandularum OEsophagi verum<br/>est fermentum Digestivum,</i> | <i>p. 268.</i> |
| II.   | <i>Et est duplex.</i>                                                        | <i>Ibid.</i>   |
| III.  | <i>Solutivus ,</i>                                                           | <i>p. 269.</i> |
| IV.   | <i>Et Transmutativus.</i>                                                    | <i>Ibid,</i>   |
| V.    | <i>Hic è glandula Thyroidæa</i>                                              | <i>p. 270.</i> |
| VI.   | <i>Ille emanat è reliquis.</i>                                               | <i>p. 271:</i> |
| VII.  | <i>Vera OEsophagi descriptio .</i>                                           | <i>p. 272.</i> |
| VIII. | <i>Perfecta denique Deglutitionis explicatio.</i>                            | <i>p. 272.</i> |

## Errata ,

**Q**vx propter Authoris absentiam innumera oecurrere debuerunt, Benignus Lector condonabit, idem atque emendabit.

**E**X Commissione Ad. R. P. Lectoris Jacobi Bonatti Ord. Præd. Uicarij Generalis S. Officij Astæ, perlegi opus, cuius titulus est de *Glandulis Oesophagi Conglomeratis, Humore vero Digestivo &c.* elaboratum à D. IACOBO VERCELLONO PEDEMONTANO & nil in eo, quod lœdat Fidem Ortodoxam, aut bonis aduersetur moribus, aut pias offendat aures, animaduertere valui, idèoque preto dignum, nec non publicæ vtilitati profuturum censeo: Astæ 30. Septemb.

*F. Dionissius de Belmont Seruita, Regiae Celsitudinis Sabaudiæ Consiliarius, & Theologus: In Urbe Astæ Examinator Synodalis, & S. Officij Consult.*

---

**C**Vm iussú R. P. Iacobi Bonati Uicarij S. Officij Astæ. legerim librum cui titulus IACOBI VERCELLONI PEDEMONTANI Phil. & Med. Doctoris de *Glandulis Oesophagi Conglomeratis humore vero digestivo, & Vermibus dissertatio Anatomico-Medica*, in eoque nihil contra Fidem, bonos mores, & Principes sed tantum quæ Iatrices in augmentum collimant deprehenderim, ideò publicum in bonum imprimi posse candidè testor

*Jo. Baptista Ulpinus Astæ. Urbis, eiusque Ditionis Pro Archiater, &c.*

---

Attentis Præfatis attestationibus  
IMPRIMATVR

*F. Jacobus Bonatti Ord. Præd. Vicarius Generalis,  
Sancti Officij Astæ.*

J A C O B I  
VERCELLONJ  
PEDEMONTANI  
PHIL. ET MED. DOC.  
*D E*  
GLANDVLIS OESOPHAGJ  
CONGLOMERATJS,  
HVMORE VERO DIGESTIVO  
*E T*  
UERMIBVS  
*DISSE RTATIO*  
ANATOMICO-MEDICA I.

*Proæmium.*

ARTEM præ cœteris à *Summo Opifice commendatam*, cuius Elogia Mortalium *Sapientissimus* conscripsit, quamque Magnates Orbis gratia, honore, laude nullo non tempore prosecuti sunt, *Artem*, inquam, *Medicam alias vniuersas multis*

J. medicina dignitas. Eccles. 38:

multis parasangis anteire quid mirum ? Ars est verè *Ars artium*, summa disciplinarum; meta, obiectum, cumulus, imò & amplissima facultatum omnium encyclopedie. Nàm de facto ; si quæuis ars , aut scientia ad *vita* vtilitatem dírecta est : vtilitas autèm maxima in *sanitate* sítitur, iux-  
*J. id. c. 30*  
*Jn. Leg.* tá eiusdem *Sapientissimi* illud, *Non est census suprá censem salutis corporis*; aut *Platonis* hoc aliud, *Primum ac potissimum rectè valere*: si , inquam , *sanitas* totalis est *Medicinae* scopus , quemadmodùm & *Medicus Magister* *vita* audit *Scaligero* , quid superest ? nisi , vt dicamus cum hoc ipso , *Liberalium artium illustrissimam esse Medicinam* , cuius pedissequæ sunt omnes , quæ ad *Vitam* , *Victumque paratae sunt etiám fabrica genera omnia* *Sc.*

IJ:  
Extenua-  
tur à Pse-  
udo-Me-  
dicis.

*Jn. Leg.*

Verùm in hac prærogatiua gloriæ non tām præstantia *Artis* , quām insufficiencia *Artificis* sæpè deprehenditur . Quippe , cùm illa omnia complectatur , hic aliquandò nihil , ad extremum neutrum in vtrōque inuenitur . Conquestus est de hac iactura mecum iamdudùm etiám *Hippocrates* : *Medicina* (sic enim habet eiusdem Textus) omnium artium præclarissima est ; verūm

verùm propter ignorantiam eorum , qui eam exercent , & ob vulgi ruditatem , quod tales pro Medicis iudicat , & habet , iam eò res deuenit , ut omnium artium longè vilissima censetur . Quicquid nihilominus adhuc mitius huius criminis inculpandus est vulgus . Simiam enim agit plerumque ; & sapientes , quos interdum imitari affectat , vel inuident veris Medicis ( nempè , ut vescen- tium dentibus edentuli , ex D.Hieronymo ) vel minus sapiunt , quám vt de ijs iudicium ferre valeant , vel incuriosi sunt , aut alijs quibuscunque manibus agitati : quæ cau- sa est , cur de illis , non nisi quoad exterio- rem corticem , hoc est nomine tenus tan- tūm , iudicium ferre valeat ; vtque vulpes elusa à ciconia , lambat vitreum vas , pul- tem hauit attingat . Ast mininè tamen om- nium excusari merentur illi ( bestiæ , po- tiūs , quám homines ) quotquot illotis , vt aiunt , manibus pedibusque ; sine pera , foco , viatico , uno atque altero aphorif- mo duntaxat in memoriam congesto , pau- cisque receptis à Magistro patre filijs non- numquám magis sciolو habitis , tanta demum supellectile , quanta neque ad Agyrtam sufficeret , raptim' ad Æsculapy

*Proæmium*

*fanum se se conferunt ibidem vel abstrusiora Medicinae mysteria tractaturi : ac neque interim porrò aliud præstant, quām*  
M. f. Nat.  
29.  
*quōd, teste Plinio, alienis periculis discant, experimenta per mortes agant, atque animas hominum negocientur. Horum equidem occasione factum est (inquit Bohnius) cùr in Medicis lib. de O. Med. dicos in uniuersum, sēu horum artem, tot iniuriosa ac inepta dicteria atque scommata à diuersis fuerint prolata, ut audito vix Medicis nomine, auari, maleuoli, nequitiosi, mendacis, fraudolenti, ac glorabundi hominis nomen plerique mortalium audire sibi persuadeant : Et usque adeò quorundam Medicorum malitia in omnes, qui Artes hanc profitentur, ex communi opinione translata sit, ac à paucis nonnullis artificibus in uniuersam Artem vitium transfusum, ut probus quisque ac peritus Medicus ex Medicorum ordine deleri cupiat.*

HJ.  
Veri Me-  
dici sunt,  
& Philo-  
sophi.  
*Attenim verò [sùbintrat híc denuò Hippocrates] similimi eiusmodi Medici sunt personis, quæ in tragedijs introducuntur; quemadmodum enim illi figuram quidem, Et habitum, ac personam eorum, quos referunt, habent, illi ipsi autem verè non sunt: sic, Et Medicis fama quidem, Et nomine multi, re autem, Et opere.*

*Proœmium*

5

*Opere valdè pauci*. Quod nimirùm indicat decere æquum cordatum ac genuinum *Medicum* omni scientiarum genere abbundare , planè vt Ars, quam excolit , vniuersum , vt dictum est , ambitum claudit humanarum intellectiōnū : competere , inquam , *Medico* veracem esse Sapientiæ amatorem , non friuolum ac personatum . Ettenim , vt per hanc homo cœteris animantibus præesse solet , sic & *Medicus* alijs artificibus quibuscunque . Quid ? quód hic illud insupér peculiare habet ex Sapientia , vt non tam parem . exhibere se possit Arti ; verū & sapiat plusquam hominem . Siquidem eiusdem *Divini Senis Oraculo Medicus Philosophus* l. de de-  
cen. Orna.

Tametsi non fugit , & sæpè meipsum moneo , videam , animaduertam , meminerim quam difficilis comparatu hæc sit Quotup-  
lex fit Ph-  
losophia Sapientia , idèst *Philosophia* , præcipue quoad illam partem ( *Timorem Domini* ) in qua & Sapientiæ initium , iuxta *Regis* Psal. 119. Vatem , & Sapientia ipsa ( eiusdem suprà citati *Sapientissimi* dicto ) tota consistit . Terrena quippè hæc quandiu magis obuia sunt , æterna minùs consideramus

mus ; & præterea , intellectus nostri miræ angustę , vt poté qui ægrè illa percipit , quę antè pedes sunt : quanto itaque minús immortalia , immarcescibilia , sempiterna ?

*Hæc arcana* (repetam hīc , quod olim &

*in Institu-  
tion. ma-  
nuscrip.* à me alibi dictatum est ) cùm solus D.O.M.

*nobis reuelare possit , illi non solum eadem do-  
cenda linquamus ; verū etiám pro nobis ho-  
rum secretorum affectus deprecemur , animos-  
que dedamus nostros cœlesti modestia tempera-  
tos , alioqui seruos inutiles , malos , rebelles , in-  
gratos , alienos , uti nos ille suos faciat filios  
suo immenso atque ineffabili spiritu mentes no-  
stras complens ignotus mortalibus , admirabili-  
que opulentia sceleratas linguas has suo regens  
nutu , vt nobis salutaria , grata ipsi docere  
liceat . Et c. Missis igitür , quæ suprà nos ,  
& quæ nihil ad nos , ceù Physicos , specta-  
re dixit Zeno : quôd coeteras Philosophiæ  
partes , Metaphysicam scilicet , Mathematicam ,  
Physicam , Ethicam , Politicam , &  
Æconomicam , queque nec vera Scientia sunt*

*in Prom.  
l. 2. de  
Plac. Phil.* [inquit Piccolomineus] ; sed formidolosa & potius  
quædam veluti opinaciones : harum singulas ,  
*in Lexic.  
Castell.* Brunonis decreto , scitu necessarias esse Me-  
dicis extrá dubium est .

At nihilominus tamen hæc ita accipienda venit huiusmodi necessitas, quasi eæ scientiæ à Medico indifferenter apprehendi debeant, atque eodem modo. Inest quippe ordo cum in rebus omnibus, tum præcipue in scientificis, quem peruertere scientiarum amatorem iniquum est. Videndum igitur potius quænam earum prioritatem postulet, quæque posterioritatem. Cognoscet autem hoc quiuis facile, qui nouerit intellectum esse duplicem, ad cognoscendum, atque ad faciendum: vnde Scientia, & Ars, quas non principijs, sed fine distingui docent Philosophi. Ex quo adeò inferatur discenda esse à Medico imprimis, quæ finem ipsius spectant, id est, quæ Artem: deinde, tanquam ab obtento punto, lineas quoquouersum debere duci ad circuli peripheriam, siue animum errigi ad universalitatem. Quo stante; requiruntur ad Artem comparandam singularium notiones ab *Experientia*, & *Animaduersione*; ad Scientiam verò sufficiunt comprehensiones per intellectum: *veluti si quis* (exemplum est iterum permagni *Hippocratis*) de sublimibus in aere rebus, aut de subterraneis dicat & quomodo se habeant sciat, tamen neque di-

V.  
Experi-  
mental  
omnium  
partium  
Philoso-  
phiæ pr-  
inceps

*l. de vet.  
Med.*

centi , neque audientibus manifestum satis fuerit vera-nè sint , an secus ; neque enim est , ad quod quis se conferat , cuique innitatur , ut veritatem cognoscat . Medicina verò iam ab antiquo existit , & principium , & via inuenita , per quam inuenta & multa , & probè habentia comperta sunt : per multum adeò tempus [ nota Diuini Vatis augurium ] & reliqua deinceps inuentur , si quis idoneus sit , & iam inuentorum gnarus ex his ad perquirendum procedat . Iuxta quod itidem Aristotelis præceptum est , ab exemplis natura pertendas esse rationes nostras , non ab argumentis nostris rerum naturas subuertendas , vt liquet ex eius libris . Et sanè ex laudabili instituto hoc ( experiundi scilicet , atque obseruandi ) quantum vel vnius sæculi curriculo profecerit , Medicina nostra , neminem , credo , latet . Prædixerat hoc ipsum etiám non itá pridém Scaliger suprá laudatus : *Experimentalis Philosophus* , inquit [ idest Naturalista , aut Physicus ] ex se parit omnes sciencias , quæ versantur in materia ; & Medico , Musico , Astrologo , & Nautæ , & fabris omnibus , & ipsi coquo dat , quæ ipsi adhibitis certis præscriptionibus exerceant : perindè , quasi sola experientia sufficiat ad maximi artificum

*de Plant.*  
*&c.*

*ib i. The.  
ophrast.  
de caus.  
Plant. c. 1*

cum, *Medici*, entelecheiam, siue perfectionem

His non obstantibus; quandoquidem vel  
in ipsa naturali, seu experimentali scien-  
tia complura inuenire est satis infirma, mul-  
ta quoque minus necessaria, venit indagan-  
dum quid in illa tutissimum, ac potissimum  
habeatur, ut eidem, velut ad clavum, al-  
ligato filo inextricabilem naturæ labyrin-  
thum rimari subindeque euadere queamus.  
*Certissimum autem est hoc, Nihil nobis no-*  
*tius, quam ipsis nobis: vnde & Delphicum*  
*illud NOSCE TE JPSVM; quod tametsi*  
*ad animum transferri soleat, à Carthesio*  
*eiusdemque asseclis, propriè tamen Corpus*  
*audit, & cum presertim Notitia corporis pri-*  
*or sit notitia mentis, quemadmodum contrà*  
*illum neruosè disputat amplissimus Prece-*  
*ptor meus P. Hieronymus Sacherius in Alma*  
*Ticinense Mathematum Proffessor celeber-*  
*rimus, Vir nonnisi cum elogio mihi nomi-*  
*nandus. Vnde adeò constat præfici debere*  
*à Medico exactam Anatomæ notitiam alijs*  
*quibuscunque ceù minus manifestis eò am-*  
*plius, quod hæc scientia ad omnes alias*  
*viam sternere dicitur Galeno; siue, ut ipsius*  
*verbis utar, quod summoperè conferat ad*  
*supremi Numinis cognitionem.*

vj.  
Inter ex-  
perimen-  
tal. verè  
eminet  
Anatom-  
ia.

In Medi-  
cina.

In lib. de  
Anim.  
manuscr.

I. de us.  
Parta

VII.  
vt, & in-  
ter Anat-  
omica ex-  
cellit ea  
cognitio  
quæ con-  
cernit  
Chyli-  
cationē

Hist. Ani.

Jamque in hac deductione præminen-  
tiarum sequitur inuestigandum quænam.  
Anatomicarum animaduersiorum alijs an-  
teponenda sit, vtque quadratus lapis in  
substructione præmittendus Circà quòd  
profectò ivuat meminisse quemadmodum  
adæquatum *Medicinae* obiectum est *vita conseruatio*; ac proptereà, quòd vti *vita à victu*,  
[ vndè & nomen est ] pendet; sic Medico  
incumbere videtur, vt ea primitùs addis-  
cat, quæ *Corporis Nutritionem* spectant:  
ac minimè quaquam quoad alimenta  
duntaxat, siue quoad istorum seriem at-  
que historiam; verùm quoad Mechanicen,  
siue instrumenta eadem in genuinum cor-  
poris nutrimentum conuertendi. Namque  
aliàs *alimentum* ( si Aristoteli credimus ) est  
*totum id, quod futurum est hoc, cuius ratione*  
*dicitur alimentum*, atque in sensu Phisico ni-  
hil est aliud, quam materia, ex quâ coete-  
ra omnia fiunt: siue, sunt quinque illæ  
minutiæ corpusculorum terrestrium, aque-  
orum, salinorum, sulphureorum, &, si  
libet, etiàm mercurialium, quæ mutua  
sua textura & alimentum ipsum, & tem-  
peramentum ipsius elementare compingunt  
*Nutrimentum autem Chylus est, Sanguis est*,  
imò

imò , & nutritiua istius pars ipsis Corporis particulis approprianda , & assimilanda . Interest itaque Medico ante omnia nosse quo pacto *Chylus* iste ex alimentis resultet , & quo itidem artificio paretur . Jacta siquidē sunt in hoc fundamenta *Artis* , suprà quibus adeò nobis , qui omnia metimur ex ipsis , tutò liceat exēdificare . Et de facto quid de Microcosmo suo garriat Philologus , Institutionista , aut Anatomicus cuius componentes partes haut nouerit ? *Partes enim corporis* [ait Ettmullerus] *sub triplici differentia sunt* : nempè sunt vel contentæ , vel continentes , vel impetum facientes . Inter contentas verò partes eminet imprimis : *Chylus* , sive *Lac* , & *Sanguis* , liquores Corporis primarij & primum genij , ex quibus vegetabilium nutritiō succo omnes partes solidę , sive continentes conflantur , quæ huius materiae proximæ rationi itidem in sanguineas & spermaticas immediate ex Chylo oriundas subdiuiduntur . Quid itidem agat Practicus cùm methodicus , tūm præcipuè rationalis ? cum probé nescius fuerit quam-nam in Ventriculo remedia sua sint passura alterationem . Celebre profectò est *Willisy* hac de re iudicium . *Quandoquidem medicamenta* (sunt eius verba) *sicut* , & *alimenta* *ijsdem*

*Instit.*  
*Medic. 3.*

*Pharmac.*  
*Rat. sect. I.*  
*c. 2.*

ingeruntur vijs, & per eosdem ubique feruntur ductus, idcirco velut ad Chyloseos, ita ad Pharmaciæ rationes. & fiendi modos ritè intelligendos partium ac viscerum, in quibus dramata utraque ista peraguntur notio summè necessaria existit. Nouere hanc certè considerationis huiusmodi necessitatem Medici presertim hodierni, quibus adeò iam nihil antiquius, quam ut Artem suam ex tali Chyloseos contemplatione, tanquam à capite, nuncupent rati non decere ipsos commentationum suarum initium aliundè desumere, quam vndè & humanum corpus suum arcessit.

VIII.  
Authoris  
propte-  
reā super  
hac re  
delibera-  
tio,

Quæ iccirco cum altè iamdiù pectori infessent (ex quo scilicet nobilissimæ istius Artis rudimenta posui) nihil arbitratus sum vñquám magis conducturum ad meam ipsum iam abditiōribus eiusdem Sacris initiati felicitatem, quam & ne functionis prædictæ secretum quoquo modo effugisset. Quapropter statui prius, quam pedem vltérius in prouinciam conferrem, omnem, quod aiunt, lapidem mouere, omnia experiri, nihilque intactum relinquere, quod ad instrumenta Chylificationem supradictam celebrantia cognoscenda pertineret, idque tametsi ru-

rudis, tametsi puer, atque ad labores feren-  
dos omnino inhabilis: Quid enim prætereà  
non coegisset propositum in eo opere emo-  
lumenti ac glorię pondus? Ad hunc igitur  
finem aggressus sum statim extrinsecùs à  
me, nempé ex alys, sciscitari, quid de  
eiuscmodi organis usque adeò prolatum  
esset: pellegi nimirum Authorum grauissi-  
morum monumenta, Proffessores celeber-  
rimos sanioresque *Artis Mistagogas* ubique  
ac diutissimè conueni; Nec tamen (nescio  
quo fato id factum sit: an ex naturæ im-  
probitate? fateor potius ingenij tenuita-  
tem) ex tot commentationibus, respon-  
sionibus, thesibus, quibus me perpetuò  
adieci, nihil uspiam extorquere potui,  
quod audum veritatis animum satiarit.  
Comperi sanè nonnulla à quibusdam pro-  
lata, quæ ingenuorum ex parte fidem pro-  
merebantur; ast nec pauciora interim em-  
ergebant æqualis punderis, imò nonnun-  
quam grauiora, quæ meum à prioribus af-  
fensem abstrahebant: veluti cùm legebam  
dari in nobis humorem, *fermenti* nomine,  
cuius vi præmansi in ore cibi dissoluantur  
in Ventriculo ac digerantur, hoc luce me-  
ridiana clarius mihi constabat; at non sic

porrò, quod subyciebatur, liquorem scilicet illum esse aut *saliuam*, aut *succum quendam ex lateribus ventriculi transudantem*, aut *utrumque simul*, aut *Chyli à proximè prægressa Chylificatione reliquias in fundo eiusdem ventriculi restitantes* &c.. Quandoquidem liquebat ista hæc energia eiusmodi carere, quæ siue ad solutionem, siue ad alimentorum in chylum transformationem prefatam desideratur. Ob quam rem porrò quantas passus sim animi iactationes is videat, qui dubia quandoque nouerit, neque tamen copiam habuerit elligendi meliora: siquidem cum *Homero*

odiss.

— *Nec apparuit vtrà.*

*Tellus, sed nobis cælum vndique, & vndique Pontus.*

Quin imò, quò plus vigiliarum in elucubrationibus eiusmodi impendebam, eò indoctior euadebam: sicque in luce rerum tenui caligabam, in mediocri cœcutebam, in maximà cœcus eram. Deus bone (erumpebam proptereà tacitus sic deinde mecum contrà id genus explicationū?) hæcciné igitur Ars, quam sellegi! infida, fallax, dubia, principijs obscurissimis innixà! His, inquam, regulis ipsa infirmitate

tate infirmioribus *Medicus* se comparabit ad citas , tutas , iucundasque sanationes! Verùm non tām diffidentia in Artem, quòd viderem hanc ab ipsa , vt aiunt , ianuā aberrare : ast maxima imprimis Medicorum Principum væcordia apparebat , qui nolunt rem alitèr se habere , quàm ut ipsi aliquandò dictarunt . Quo adeò factum , vt , cùm eosdem comperiſsem de redubia tām tenacitèr sentire , sic ipsorum autho-ritas mihi imposterūm ſuspecta fuerit. Atque hinc planè in hac opinione mea con-firmatus negocium , quod præ manibus erat , cum solo naturæ libro conferendum duxi missis alijs quibuscumque vel coeleſti calamo exaratis : nimirum ſibi , non alys fidendum eſt bono Philosopho . Quid enim turpius , quàm ex omnium rerum domino ac dictatore intellectu nostro mancipium efficere alienæ libidinis ? Quamobrēm , & profanæ superbiæ putem vbiique negligere auitam prudentiam , & absurdum reueren-tiæ genus , quod nos perpetuò aliorum institutis velit addicere . Authorum enim ingenia multis difficultatibus ob rerum nouitatem circunueniri debuisse quis eſt , qui nesciat ? Vndè priſci illi Sapientes *Chilifi-cationis* ,

*cationis*, siue *fermentationis* in *ventriculo* vel  
inuentores, vel cultores videntur quædam  
minus exactè tradere coacti. Sic enim com-  
paratum est in natura omnium principio-  
rum, vt quoniam semina cohibeant in se  
omnia futuræ molis, confusa multa conti-  
neat quocircà, vt quidquid venerat in men-  
tem, sæpè importunà inuasione aliarum  
commentationum sedes occupauit: quo fa-  
ctum, vt non pauca videamus imperfe-  
cta, alia coaceruata, nec pauciora præpo-  
stera. Verùm enim verò in re tam arduà  
**Marte** proprio duntaxat vti periculosa  
plenum opus aleæ. Memineram namque  
quam parum constat acies ingenij mei ad  
naturæ arcana meditanda, ceù qui iuxta  
*Persium*.

*Mecum habito, & noui quam sit mihi cur-  
ta supellex;*

ex alia verò parte præclara quæque facino-  
ra stabili firmoque talo sistenda esse vtcùn-  
que perspicuum est. Quapropter, & teme-  
ritatis notam mihi potius inflictam iri sus-  
picabar, qui nempè vellem rebus iam vni-  
us seculi assensu comprobatis veluti dicam  
scribere, animumque assuescere ijs, quæ  
doctissimus quisque nequam audeat.

*Quid*

Quid igitur egissem , aut quomodo me  
ab eiusmodi angustijs liberare potuisssem ?  
Ad extremum tamen spem errigere cæpit  
illud *Euripidis* :

*in Bacchis*

*Attenim trophœum nobile hanc unquam viri  
Statuere pauidi ; —  
cui occinebat hoc aliud Theocriti,  
— Tentando ad Troiam venere Pelasgi ,  
Cuncta puellarum pulcherrima perficit Vsus.  
Quidni igitur ipse pariter expertus essem  
saltim .*

*in Syrac.*

*Quid valeant humeri , quid ferre recusent ?  
tanto magis quod calcar addebat testimonium  
Senecæ pollicentis exæquatum iri aliquando  
ab uno , quod cœteri intactum reliquissent .  
Multæ namque , ait , egerunt , qui ante nos  
fuerunt , sed non peregerunt : multum adhuc  
restat operis , multumque restabit : neque ulli  
nato post mille secula præcidetur occasio aliquid  
adhuc adyciendi . Item . Veniet tempus , quo  
ista , que nunc latent , in lucem dies protrahet  
longioris ævi diligentia : veniet tempus , quo  
posteri nostri tam aperta nos nesciuisse mira-  
buntur . His ergò velut stimulis incitatus  
tandem operi me accinxì , inque eo tandiu  
meditatus , tandiu moratus , tadiu tergiuer-  
satus sum , ut iam videar mihi aliquid te-*

*Epis. 7.*

nere, quo anteà carebam: videlicet lippi-  
re videor illud fermentum, quod ad *Chyli-*  
*ficationem* supradictam euincendam expeti-  
tur: rectè-ne autem viderim, an secús, de  
hoc penés alios iudicium sit. Vsque adeò  
nàmque insita est mortalibus illa philautia,  
idest amor sui, vt neminem tam modestum,  
tam attentum, tamque oculatum inuenias,  
quin in proprys æstimandis quâdam ani-  
mi propensione cœcutiat atque hallucine-  
tur. Qui si adeò erroris monitus fuero, pa-  
linodiam canere, meque iterúm in meam  
pelliculam conuertere vtique non grauabor.  
Tempus enim, si Deus me & ivuentute  
hac mea, & reliquis subindè ætatibus ali-  
quòusque frui concedet, vltrò aderit melio-  
res his nanciscendi aues: sin ità, acerbos  
hos fructus seuerioribus consilijs maturare  
non desinam. Cœterúm ista ( siuè epiphil-  
lida appelles, siuè præiudicia, parúm  
moror) veluti ramum, tametsì carthace-  
um, atque illi Æneidum longè absimilem  
Dijs Medicinæ Arbitris offerre, ac Tholis  
Virtutum ipsorum suspendere vsque volui  
intendens hoc amplius, exhibere nimirùm  
me insimul quasi specimen Magistratibus  
*Artis*, quo cognoscant, an ego Nouitius,

Ty-

Tyro-Medicus Diuinum, Sacrum, periculoseumque Artificium meritò aliquando tandem sim proffessurus. Sed ad rem.





## SECTIO PRIMA

### *DE GLANDVLIS OESOPHAGI CONGLOMERATIS.*

J.  
Masticationis ex  
plicatio  
integra.



Rimùm itàque innegabile videbatur, quod vulgò de *Masticatione* circunfertur; cibum vide licet duriorem primò dentibus Caninis & Incisorys, postmodum Molaribus perfringi, motuque Lingue Buccis ac Labys sepius in ore volui, saliuâ imbui ad meliorem vtcunque saporem, commisionem, digestionem, fermentationem &c. Quatinus liquet negotium illud instrumentis huiuscemodi in vniuersum vti que expeditum iri.

J.I.  
Degluti-  
tionis ve  
rò defec-  
tuosa.

Pariformiter & quod subinde de *Deglutione* recitatur: cibum iam masticatum atque ad radicem Lingue perductum istius motu ac eleuatione ad Oesophagum moueri vltrà Laryngem & Epiglottidem: & quod posterior deinde in hoc motu Lingue incuruetur & supra Laryngem se, instar Pontis inflectat; quod isto interim sex priores oeso-

OEsophagi musculi distenti partem eiusdem posteriorem sursum atque extrorsum expandant parte anteriori depressa atque omnino patula : & quod denique cibo potuue in Gulę orificium proiecto præfati musculi statim ab operatione cessent , ac loco ipsorum se contrahant aly OEsophagi ipsumque OEsophagi initium constringentes , vt materiam in illo contentam vterius protrudant . Ettenim ista , quatenus conformari plurimum cum suo obiecto conspiciebam , eatenus verá apparebant , & ne saltem notabilem aliquē linquerent dubitationi locum.

At non sic porrò , quæ ad extremum de eadem *Deglutitione* venditantur : constrictiōnem OEsophagi , adeoque & cibi potuue protrusionem . vterius continuari usque ad Stomachum per constrictiōnem fibrarum annularium tunicæ eiusdem OEsophagi musculosæ : & quod in hoc penitus vniuersa istius visceris operatio consistat : siue , quod idem est , protrusione illâ totum absoluī in tali organo cataposeos , hoc est *Deglutitionis* negocium .

Rationes quippè hinc indè ac passim confluebant , quibus suggerebatur ab eâ fistulâ aliquid aliud prestari , & quod struc-

JII.

Et quaré

ræ eiusdem organicæ magis respondeat: id verò imprimis me monebat, quòd vide-rem illius nempè OEsophagi, longitudinem tantam existere, quanta plurimis alys functionibus vnà peragendis vltérius sufficeret. Quid enim? Tubus sesquipalmaris, imò aliquandò longior, nauci illi ministerio totus dicabitur! Nonné ad id, amabò, vel bidigitalis superfuisset? Naturam autem nihil frustrà facere totiès ab Aristotele alysque inculcatum est, vt citare loca sit vel ostentatio, vel supersticio; sed dices, situm Ventriculi paulo remotiorem eiuscemodi prolixitatem in OEsophago expostulare. Nec renuo; quicquid neque aliquis inficias ibit, quominus sub ea causa aliæ non minùs necessariæ venire possint. Natura namque semper negotiosa est, neque vllijs legibus obstricta multo magis patitur à suis ipsius operibus cogi: id est (cum Lipsio) Hunc ad modum partita est Natura vices atque operas in ys, que condidit, vt idem non solum diuersis sit diuersum speciebus; sed etiam eodem incorpore alias atque alias comparet affectiones. Intuere Intestina ex. gr., eadem & chylum perficiunt, siue præcipitant, separant, exprimunt, colant inque speciales

al-

alueolos quosdā gradatim , pro ratione purificationis eiusdem ablegāt: fœces egerunt &c. Qui igitūr neget tubum illum proptereà aliquo alyo munere similitér esse functurum? Replicabis productionē OEsophagi respicere præterea longiorem sensus gustandi durationem. Esto! quin imò hoc volo; ast ipsum tamen minimè insertum legitur in illa descriptione , quę de tali viscere habetur. Dicitur enim OEsophagus, quòd sit *Canalis membranosus à faucibus ad Ventriculum protensus ut esculenta & potulenta in eundem Ventriculum diducat*, præterea verò nihil. Quapropter crediderim potius id officij in OEsophago hactenús ne somniatum quidem fuisse, & cùm præsertim Moderni omnes sensationem quamlibet naturales functiones concernentem Ventriculo adscribant, ne quidpiam fortassè derogent *Acido suò Gastrico*, quod in causa nutritionis tanquam omniū artium hominem suspiciunt ac venerantur, nedūm verò ceù phantaſticum quoddam Idolum , Hircocervum , aut Chimoeram diruere atque abydere fatagunt . Demus verò nihilominus OEsophagum ob hanc alteram causam , nempè ad sensum Gustūs diutiús protrahendum , longiorem fieri debuisse

debuuisse à natura , quam quòd sola ciborum protrusio poposcerit , annè tamen dicendum erit propterea , his geminis usibus universam comprehendendi eiusdem naturæ tale organon conformantis idæam atque intentionem ?

Rursùs non intelligebam , quamobrém ad vnam Luram , *Infundibulum* ( qualem scilicet esse perhibent OEsophagum *Bartholinus* & cœteri Anatomici ) compingen-dam tunicae plusquam septiformes ( si *Ver-ehyenio* credimus ) accersiri debuerint ? Nempè , prèter vnam *Membranosa* , quæ cum externo Tracheæ , Pulmonis , Cordis , cœterorumque vitalium opificiorum habitu inito foedere totum fermè Thoracem [ vt & infernè etiam Abdomen ] in consensum rapit , insunt eidem OEsophago primò alia *Musculosa* dicta , quæ duplii *carnearum* ac tertio *tendinearum* [ vt ego adnotaui ] fibrilarum ordine contexta est ; deinde alia *Vasculosa* , ac rusum alia *Glandulosa* , quibus denique *Nerveam* addit præfatus Scriptor . Tot igitur membranas si eum in finem dun-taxat comparatas credis , vt sacculum , siue *infundibulum* sarciant , occidi , pery nullus sum . Neque enim percipere possum  
quamo-

*L. 1. Anat.  
Ref. c. 12.*

*Anat. Tr.  
3. c. 10.*

quamobrém in tali hypothesi OEsophagus simplicior esse non debuisset?

Insupér, misso *communi* inuolucro, *Musculosa* certè membrana, quæ eiusdem *Gulae* substantiam maiori ex parte configit, tanta energia pollet, quantâ alia vnquam. Qui verò cogitet tot viribus opus esse ad bolos sponte sua deorsum vergentes, & cum præsertim in cliuo lubrici liberi ac penè recti tubuli, idest ad Pharyngem, constituti fuerint infrá cogendos? Evidem Intestina, quæ idem pondus habent extrudendum, quod & OEsophagus (cùm videlicet quicquid per hunc ingeritur in Ventriculum, idem post per illa egeratur) ut vt, iterum, decuplō longiora sint isto, magisque inuia, seu magé anfractuosa, nihilo seciús tali tantâque vuillorum musculoformum frequentia nequáquam stipantur.

Ulterius (inquit adhuc idem Verebyen) circà OEsophagi structuram eiusque tunicas venit obseruandum, quòd ille transuersim dissectus etiám prima fronte appareat constare duplii tubulo altero alteri superposito, qui sine alia separatiōne prævia facillimè ab inuicem diuiduntur &c. Quorsum autem hæc distinctio? Si OEsophagus aut cibos in Ventriculum vrgeret

duntaxat, aut, ad summum, etiam gustaret!

Uerum enim verò dìes ante me deficeret, quām vt enarrare possem singula, quotquot negatiuè ex structura partium petita argumenta me suasum ibant, vt crederem totale illius, nempè OEsophagi munus haut meritò in totiés decantatâ alimentorum protrusione sistendum esse. Seorsum ergò hæc, & quæ fortassè melius cognoscentur infrá, quod affirmatiua respicit: quoties vel exteriorem tantummodò Gulæ habitum contemplabar, toties ipsius præstantia oculis offerebatur quotidiè maior. Noueram námque aliàs assistere eidem circumquaque totius Microcosmi machinas primipilares, Pulmonem intellige, Cor & cætera Vitalia; ex quorum proindè consortio & correspondentia mutua aliqualem prærogatiuam in ipsam eandem Gulam redundare debere, quisquis nullo negocio fuisset interpretatus. Deinde, quòque adspexeram satellitium præbere eidem innumera alia corpora imprimis glandulosa, quorum aliqua *Vefficulosa* ad Jugulum sita quatuordecim vel in alterutro eiusdem latere à *Warrthono* deprehensa sunt: coetera *Vasculo-vefficulosa*

itèm in alias OEsophago proximas re-giones ablegata . Ettenim bina eademque insignis magnitudinis compereram propè Pharingem fisti ad carthilaginem Thyo-  
deam : lateribus autèm eiusdem-met OEsophagi plura interdùm , quám viginti , & quæ vel parenchimatosa erant , vel carnea , vel sanguineo-adiposa ; coloris itèm diffe-rentis , subrufi nimirùm , rubri , partim ru-bri , partim flavi , alteròue medio atri , al-tero gilui &c. magnitudinis denique omni-uariæ . Rursus circá eiusdem fistulæ me-dietatem quædam collocabantur ad anti-cam ipsius faciem quatuor aut quinque nu-  
mero : alia quòque ad posticam , sed paucio-ra , plerumque bina , & quæ substantiâ à prioribus valdè discrepabant ; vltimo verò tria aut quatuor iuxtá totiès memorati OEsophagi in Ventriculum insertionem . Qui-bus perlustratis , nemo , ni fallor , reputaf-set tot organa tantamque glandularum con-geriem , numerum , aut prouentum Tho-raci fortuitò inclusum : *Naturam certè (Sca-ligeri hoc est decretum) si quis cogitat in-con-sultò quicquam agere , ridebitur ab Aristote-le , explodetur à Platone , Galeni etiám iussu vapulabit .* Excipiet fortassè aliquis , non

*Exerc. 68.  
S. 1.*

esse temerè factum à Natura , quod lym-  
 phæ Thoracem irrigantis inferuit collectio-  
 ni : neque OEsophago alligatas esse illas  
 glandulas; verùm potius Trachèæ, Pulmoni,  
 Cordi , alysque partibus , quas nempé ipse  
 sepere atq: alluere videtur. Propter quod , &  
 quatinus *nullum dissentaneum potest prædicari*  
*de dissentaneo affirmatè* , vt loqvuntur *Dia-*  
*lectici* ; siuè , quòd , quæ Natura disiunxit in  
 rebus , ea etiam nos disiungere debemus  
 per propositiones in Arte , stolidè quis cen-  
 fuerit , glandulas illas vnius Gulę gratia in  
 Thorace fuisse reconditas . Ad quod res-  
 pondeo i. quòd quæ nobis vulgō tradunt  
 Anatomici de Glandularum conglomerata-  
 tarum officio suspecta esse debent . Quip-  
 pè quòd , si demas Cerebrum , Hepar ,  
 Lienem , Pancreas , Renes , & siquæ sunt  
 alia , reliquæ eiusmodi glandulæ non alio  
 munere fungi dicuntur , quám colligendi  
 illam , seu resumendi lympham suprà alle-  
 gatam : & nihilominùs tamen quantum vel  
 substantiâ , vel structura eæ differant inter  
 se nemo non nouit . Qui ergò nesciat di-  
 uersam partium dispositionem diuersas in  
 corporibus importare facultates . Verùm  
 de Vsu , vt & de fabrica , seu differentia  
 glan-

Ramus I.  
 dial. c. 4.

glaudularum conglomeratarum vniuersim,  
& speciatim ad OEsophagum *alibi* erit dis-  
serendi locus. Pro arabone hic tantum sit  
*Vessiculosas* omnes, vt pote complura vascula  
dimittere cōpertas, quę in venas refundun-  
tur, aut in alias cauitates, nedūm lym-  
phę collectioni, istius potius generationi,  
aut, ad minimum, instaurationi vacare:  
*Vasculo-vessiculosas* autem, cùm proprio ex-  
cretorio vase ditatæ sint, peculiaris cuius-  
dam liquidi secretioni. Quo posito, quā  
fiat, quæso? si, vtì cuilibet liquere potest,  
Trachea, Pulmo, Cor &c. tali recreemento  
minimè egeant.

2. nempè ad instantiam de connexione  
dictarum glandularum cum ys partibus po-  
tiús quám cum OEsophago, resp. non va-  
lere illationem, ideo non inflvunt, quià  
non cohærent; cum videamus quotidiè  
vel in ipso-met corpore plures partes ab  
inuicem longè semotas, & quæ nihilominus  
intima inter se commercia exercent: *Natu-*  
*ra* [ inquit Author suprà citatus ] *valet in*  
*eodem corpore*, *in eodem subiecto* multas par-  
tes, non solum diuersas; sed et contrarias tum  
congregare, tum perficere atque etiā conser-  
ware. Hinc Hepar, Pancreas &c. vt vt ab Jn-

Seit. 2.

*Exerc. 175.*  
1. 3.

testinis separata ys tamen vnicè allaborant. Quid ? quod distinctionem recensitarū glandularum ab OEsophago fieri debuisse reputabam, ne istius motus impediretur.

3. *Interoga iumenta* [ vt est in *Sacris Paginis*] & docebunt te: Videbis namque in Cane glandulas illas adeò insitas ipsi OEsophago, vt horum neutrum absque alterius intetrimento diuidere valeas. Et demum annè citrā spem foret inuenire emunctoria illarū glandularum, quæ ad OEsophagum definant?

Mitto, quæ aduersus Theoriam Medicam passim ab explicatione illa emergebant absurdia, quæque aduersus Praxin adeò, vt omnibus pensitatis conycere mihi licuerit ad extremum, quòd, quemadmodum usus OEsophagi genuinus, nempè integer ac perfectus. Physicos adhuc latuit ita & *Deglutitionis expositio*, quæ ceù conclusio ex eiusmodi *præmissa* erui debebat, mutila, manca, imò & ne inchoata quidem hactenus existiterit.

*Deglutitio* autem siquidem via est ad *Chylificationem* [ quasi scilicet, quòd, uti *Prima Digestio fit in Ore*, ex trito illo Medicorum veriuerbio; sic iam ex nunc dicere non ambigam secundam in OEsophago celebrari)

ri ) si proindè factum foret , vt qualitér sus-  
picio ad me deuenit , illius processus in-  
teger Phisysicorum mentem nundùm subi-  
erit , Chylificationis sistema hucusque pro-  
clamatum corruat necessum est ; hoc eliso ,  
quid in Anatomicis sanum asseruatum iri  
putas ? Rectè certè Poeta .

*Orsus mali finis malus ,*  
*cui alludit hoc aliud Logicorum : Ex fal-*  
*so nunquam potest sequi verum , abyssu scili-*  
*cet , vt in adagijs est , abyssum semper in-*  
*uocante . Quo factum , vt quicquid de cibi ,*  
*potûsue in chylum conuersione inflatis buc-*  
*cis hactenús publicatum est , id mihi non*  
*tam suspectum , quám & omnino falsum .*  
*prætereá habendum fuerit , ac præcipue*  
*illud : cibum iam in Ventriculo conclu-*  
*sum undique , & totum imprægnari saliuia , &*  
*humore acido undique transudante ex late-*  
*ribus Ventriculi ; vt cuilibet hasce nostras in*  
*OEsophagi fabricam atque usum animad-*  
*uersiones haut lippis oculis inspecturo fiet*  
*palam .*

Ettenim non tam errata cognouisse , quám  
ijsdem posteá supplere *Medico* , vt & alij  
cuiuis Artifici palmarium est ; at cui ta-  
men facinori assuescere nundùm poteram .

Si-

V.1  
Authoris  
propter.  
super ha-  
ere deli-  
baratio.

Siquidèm metueram, ne, dūm aliorum, castigator esse vellem, ipse castigari merito meo deberem: & cùm præsertim solas rerum umbras intueri valeam; ad clarissimum autem Naturæ lumen, vt noctua ad sole, cœcutiam. Deerant pariter consilia ad id agendum, duces, vię, cœteris quibuscumque in alienos omnino sensus conspirantibus. Quid igitur facerem, aut quò me verterem nesciebam. Decreueram aliquando iccircò sphalmata illa Posteris relinquere emendanda; sed vetuit id statim pietas necessum esse persuadens defectus cuiuslibet, etiam leuissimi, castigationem maturare: quamobrèm & vel imbecilles potius animi mei sensus promulgandos esse ita, vt saltem glacies frangatur, quo meliora ingenia etiamnùm concretum illud, velutí flumen, nauigare, Spartamque hactenús incultam ornare atque expoliare queant: quo, iterúm, in dubium reuocato, quod antehac pro irrefragabili habebatur, discant iam *Medici abs Carthesio de omnibus dubitare*; & quo tandem dissimilium inter se opinionum comparatione Veritas è Cœlo (quò se subtractam fabulantur ludiones Poetæ) nobis præsentior fiat: quatenus

nūs regula est Dialecticorum receptissima  
*Opposita iuxta se posita magis elucentur.* His  
igitur suasionibus vix p̄ouinciam hanc  
succipere destinaui; at vix tamen vestigium  
in eandem posueram, cum enī interpellan-  
tem audio *Galenum* diuque clamitantem,  
non esse errorem quicquid usque ad præse-  
ntem diem reticuerunt Anatomici; partes  
que omnes, imprimis vero *Deglutitionem*,  
concernentes tanquam, ab ysdem fusè ex-  
positas, ulteriori disquisitione non egere:  
Et cum denique non sit optimi *Artificis* [ sunt  
ei⁹ verba ] singula profsequi. Quibus pro-  
inde, ceū boatibus, territus gressum re-  
ducere iam parabam; sed detinuit me  
nihilominus rursum ea cogitatio, qua  
conuictus fueram illam partium OEsophagi  
descriptionem hucusque exactè tradi-  
tam nullo modo fuisse: id profectò quod  
error-ne, an omissio, appellandum fuerit,  
haud multum refert; illud autem maxi-  
mè, si quidquam non omissitur. *Boni*  
quippè *Artificis pars est* (reclamabat vicissa-  
tim *Scaliger*) quam paucissima possit omissi-  
tere. Verum (vt *Anonymi* cuiusdam sensa  
super hāc ipsa re in medium proferam.)  
*Galenum* arbitror illud penè ex super-  
bia

*2. de us.  
Part. 4.*

*de caus.  
ling. L. 6. 6.*

bia dixisse, & quo Philosophos cum omnes  
 tum imprimis *Medicos* pronunciatis suis,  
 tanquam oraculis, omnimodè obstringeret:  
 utque *sustineremus* (erant illius verba) ab ea  
 veritatis vendicatione, propter quam in peri-  
 culo eramus, ne in offensionem incideremus infi-  
 ma facis eruditorum. Namque aliàs magna  
 illorum est vœcordia, qui nolunt quic-  
 quam nobis esse novum; horum nihil An-  
 tiquos latuisse. Quid enim [insurgit hîc de-  
 nuò Scaliger] cum Galeno interijt vniuersum  
 humanum ingenium? Nonnè artes per sacula  
 cuperunt incrementa? Vobis ipsis imponitis silen-  
 ty seruitutem? Nonnè hæ sunt scientia libera-  
 les? Quæ seruitus ista sit (excipit Lipsius) tu  
 (auditorem alloquitur) mecum (siue cum  
 Seneca) aude profaci: Non me cuiquam man-  
 cipaui, nullius nomen fero: multum magno-  
 rum virorum iudicio tribuo, aliquid & meo vin-  
 dico. Liberum quippè est in Philosophicis  
 cuicunque & aliena arbitria carpere & sua  
 defendere, & quibusuis demum armis Ve-  
 ritatem tueri. Quo stante, vestigium po-  
 nere exercitationi isti amplius non dubita-  
 ui, viamque aperire singulis, quoquot sci-  
 re auerent quemadmodum naturales fun-  
 ctiones illæ (*Deglutitio ac Digestio*) ritè pan-  
 gantur

de Insom.

 Manud.  
 ad Stoic.  
 Phil. dis.  
 s.

gantur. Detegam itaque imprimis qualis & quanta sit OEsophagi structura; tum quis partium eundem componentium usus. His enim probe erutis vix dubito, quin eiusmodi operationum ordo ac ratio, ceu consequentiae ex suis praemissis legitimè deducantur. Attenim vero initium facturo *Anatome*, illa Medicarum certitudinem. (vt in Proœmio patuit) scaturigo, ante omnia inuocanda venit. Lydius siquidem hic est lapis, quo assertionum nostrarum soliditas probari debet; Elice itidem & Cinosura, ad quam, ceu magnes, mens nostra declinet. Cuius tamen ad aras immemor licet accedam, hoc est, nulla Anatomici indutus prærogativa; nihilominus qui nescit, primis mortalium ausibus Deum fauere, & quibus insuper audere opportet sic nempè, ut interdum *Catum è rudi reddit magistra necessitas*, cum *Suida*.

Sectis ergo Iuuenum hominum repentinò præsertim extictorum [ ettenim hæc initio monenda fuerunt, ne exciderent; Senum nempè atque Infantum corpora in hoc casu minùs usuere, aut quoties saltim ductus illi erunt explorandi, de quibus infrà; item neque tabida aut alio,

vj.  
OEsoph.  
mag nitu  
do. figu  
ra situs.

quopiam morbo consumpta , neque diù fu-  
nerata &c. ) sectis , inquam , statim ab obitu  
[ id , quod alterum emolumentum erit ] il-  
lorum cadaueribus , quotquot ad manus ve-  
nire potuerunt , OEsophagum , totale illud  
*Deglutitionis* organum , à fronte atque à ter-  
go , vt aiunt , hoc est diligentér & vel se-  
cundūm minimas partes , examinare cæpi .  
Ecce autem qualis prima eiusdem facies  
offerebatur ! Canalis quidam oblongus à  
Pharynge eiusdemque constrictorio muscu-  
lo ( quem ad se transmissas alimentitias gle-  
bas ulteriùs in OEsophagum impellere su-  
prà iam indicatum est ) ad Ventriculum de-  
sinebat , latitudinis instar tenuis intestini ,  
figure alibi rectæ , alibi obliquæ . Nam cir-  
ca quintam Thoracis vertebram paulo dex-  
trorsum inclinabat , cogente ipsum scilicet  
ibidem arteria *Magna* ; deinde iterum  
sedem suam in Thoracis medio repetebat :  
ac paulo post denique relicto eo , cui hacte-  
nus alligabatur , Dorso , antrorsum reflecte-  
bat ad Ventriculum . vnde adeò situs cer-  
nebatur OEsophagus à parte posteriori *Aſ-  
peræ* arterię initio sumpto à binis inferiori-  
bus Colli vertebris , à quibus mox usque  
ad quintam illam eiusdem Thoracis Dorso ,

vt

vt dictum est , annexebatur: indèque rursū post liber solutusque exporrigebat se se ponè Pericardium ad Diaphragma , quod subitò ingrediebatur per peculiare foramen sibi à Natura comparatum ; ac postremò in finistrum Ventriculi orificium implantabatur.

Et quod structuram : tectus erat is vbiique primùm *membrana* exili à vertebrarum ligamentis orta penes multos ; secùs autem alios vel à Peritonæo duntaxat vel à Pleura . Quicquid in hac controuersia si quis & me de suffragio meo rogaret , non possem non proferre candidè , eorum neminem reetè sentire . Quippè , quod priorum est , obseruaui ego fibras tendinum , aut ligamentorum [de verbis namque non dispu] que connexioni vertebrarum vacant nullatenus extendere se se suprà OEsophagum , præcipue suprà illam partem , quam à Dorso ( vt iamiam adnotatum est ) seiungi perhibimus . Qui igitur eæ talem tunicam texent , aut implicabunt : Quod verò attinet posteriores ; comperi sèpè numerò membranam Ventriculi extimam , quæ *Bartholino toti OEsophago continua* dicitur , ubi ad Diaphragma deuenit , reflectere suprà lamellam , ipsius inferiorem , inque hanc late se exten-

VII.  
Part. cō-  
ponentes  
& I. Tu-  
nica me-  
mbranosa

I. 2. Anat.  
Refer. c. 12

dere ità , vt nescias an , quæ eiusmodi lamellam operit exterior tunica cum exteriori Ventriculi inuolucro continuetur , an hoc cum illa . Par ratio quòque est de Pleura . Hæc ettenim , quicquid OEsophagum extrinsecus amiciat in Thorace , cùm tam en mox in Septum offendit , proycit se , vt ità dicam , suprà lamellam istius superiorem , atque ità circulum sūm repe tit . Quæ causa est profectò , cùr integumentum Gulæ Membranofum à neutra huiusmodi tunicarum [ Peritonæo ac Pleura ) productum arbitrer; & præterea , quia neutra earum ad alterum penetrat Diaphragmatis latus præcipuè per illud foramen , per quod OEsophagus pertransit . Vitat enim hoc insupér tunica ipsius Musculosa , de qua moxmox erit sermo : quandoquidem nimirum ex ea compaginatur interior prædicti Septi substantia quod Meditullium appellatur , affirmante hoc mecum ipso etiam *VVillisio* cuius hic est Textus . *Hoc cuiuis Septi fabricam intuenti eiusque in Zootomis motum obseruanti primo aspectu apparet ; nempè quòd , cum musculo huic composito plures insint fibrarum carnearum series , harum due interiores ex utroque OEsophagi transseun-*

*seuntis latere consitæ &c.* Quarè immeritò quispiam iudicarit fibras Peritonæi & Pleuræ vicissim susdèque excurrere per illud foramen , per quod OEsophagus labitur in Ventriculum . Ut itaque huic mentem aperiam meam , dicam tenue illud velum , quod OEsophagum externè ambit , nec à Pleura, simpliciter, neque à Peritonæo vnicè deriuari ; verùm quod secundùm illam partem , quæ Thoraci inclusa est , à priori : secundùm alteram verò , à posteriore ortum trahat , vt liquet. Videantur insuper in hac lite eiusdem *VVillisi*, *Diemerbroeky* , aliorumque iudicia . Atamen verò ut ut parui apud Anatomicos momenti questio hæc nonnullis videri possit; apud Medicos tamen maiorem , quàm quis duxerit , considerationem meretur . Quippè , cùm tunica illa OEsophagi extima *communis* sit , hoc est cum omnibus omnino partibus regionem , in quâ ipsa est , incolentibus consentiat ; si propterèa accidat illam ab his nonnunquam male habentibus in consensum trahi , neque porrò ratio huiusmodi consensus *Medico* innotescat , planum est huic non mediocre negocium factum iri posse . Verùm hæc ad Pathologos.

Quod

*L. Pharm.*  
*Rat. S. I*  
*c. 2,*

*Anat. l. 2.*  
*c. 18.*

Quod nostrum est : detracto illo *communi* inuolucro , in conspectum prodyt illicò tunica *Musculosa* in ordine quidèm *secunda* dicta, quamuis inter proprias antesignana vocari mereatur , & cum præsertim ipsum OEsophagum maiori ex parte constituat. Huius autem fibrę spissiores reuerá certe nebulatur, quám quòd simplicem decet membranam . Propter quam causam nonnullis *perforatus Musculus* audiri maluit , præcipue Hoffmanno , vt qui eam insuper & paralyxi obnoxiam nouit & convulsioni . Et , quod processum attinet huiusmodi fibrarū: duplex is apparebat , alter alteri contrarius . Superiores quippè fibræ rectæ , siue longitudinales conspiciebantur , inferiores verò transuersales, siue annulares . Rursùs longitudinalium nonnullæ (quiá OEsophagus circà initium latior est ) in descensu ad se mutuò inclinatæ hinc indè partibus subiectis implantabantur ; aut certè [ inquit Verebyen ) si alibi angulos efficiunt , hi valde exigui sunt , ac vix obseruabiles : licet quis [ pergit oculatissimus Anatomicus ] præaudi-  
cio occupatus facile tales angulos sibi propone-  
ret . Si enim tunicam istam ( musculosam )  
sursùm traxeris , in parte magis tensa angu-  
los

los superiora spectantes efficies; è conuerso, si easdem fibras deorsum extenderis. Sed quas nos series, aut ductus, idem *Vereyhen* dixit tunicas, distinxitque in vnicâ binas membranas; quicquid reuerà hæ non sint aliud, quam totidem fibrarum diuersi ordines, videanturque velut duo viminum strata unam eandemque cratem cancellantia. Quod si tamen ex varijs ductibus varias libet fingere pelliculas, adyciam nunc ego geminæ illi tunicæ *Musculos* & la mine etiām tertiam, quam nescio, quomodo ab Authoribus pretermissa, aut sequentibus membranis fuerit attributa. Aduerti namque in interiori longitudinalium fibrarum superficie quosdam pediculos membranosos eo ordine digestos, quo erucarum cruscula, amplexari continuò in se, atque admittere in spacy, quæ inter binos quoslibet intercedebant, totidem subiectas annulares fibras, subindeque abire in aliud planum à superstansibus omnino diuersum: similitè & alias papillas lanuginosas, quibus inferiores, seu annulares fibræ, yndique obductæ erant, præsertim in concavâ sua parte; ex quarum idcirco nexu & colligatione mutuâ tela illa denique resultabat, quam addidimus.

Hoc autem stratum si proprio quopiam nomine insignire cupis, in promptu est dicere, quod, sicuti petiola ac lanugo præfata se habent instar tendinum, siue ligamentorum, quibus musculosæ fibræ donari solent, & ad quos proindè constitvuntur illi anguli, quos Oesophagus in motu suo vermiculari describit, idest in *Deglutitionis actione*; sic tertia hæc *Musculosæ* membranæ lamina Tendinosa iure vocari mereatur, & quo saltim nihil deesse iudices illi tunicæ ad veri musculi rationem.

IX.  
Oesoph-  
agi diui-  
sio in du-  
os tubos

Coeterūm arbitrari, quod eiusmodi subtegmen portio quædam sit aliarum tunicarum vltrā existentium, absurdum est. Non sunt namque omnes (idque & à nobis suprà insinuatum fuit) constare Oesophagum duplii tubulo altero in alterum inuaginato atque ab inuicem facillimè separabili, quorum prior ex tunicis *Exteriore* & *Musculosa* componitur, posterior ex reliquis. In hac itaque disiunctione, si ea lamella posteriore tubulo obsequeretur, haud inficiarer, quominus ad istum pertinere posset; verùm cùm ē conuerso potius priori adhærescat, non video quamobrèm *Musculosæ* membra næ iure meritōque adiudicanda sit, & cum in-

insupèr ab hâc nullo pacto diuelli queat. Sed, misso hòc, conspicatus posteà ægrè factum iri posse, quòd vtì superiores tunicæ, sic reliquæ deinceps in conspectum venturæ essent, absque quòd alter eiusmodi tubularum ab altero seiungeretur, huic operi me accinxí, inque eo statim reperi talem OEsophagi diuisionem perbellè occurrere in inferiori parte, quamvis superiora versus difficiliùs contingere.

At verò inter separandum tales tubos acciderat sæpenumero iám plura aduertisse, quæ mediè inter vtrumque offerebantur, & quorum tamen cognitio ad me nundum peruererat, fortè quiá OEsophagi, qui tum præ manibus aderant à vicinis partibus erant abscissi. Talem ergò remoram pro mea virili supplantaturus negocium, quod mente agitabam, protinùs expediendum censui hoc pacto.

Selectis itá, vtì iam memini, cadaueribus præcipue quorum exta adhuc fumare cernebantúr, abscidi primò Ventriculum transuersaliter ac paulo inferius orificium eiusdem finistrum: deindè circà Stomachum [sic enim infimam OEsophagi regionem appello, quam nempe alij etiám Cardiam,

X.  
Vtterior  
Authoris  
inquisit.  
in istos  
tubos.

Neque enim solù  
alios redi-  
argueret de  
bernis, sed  
& nostra  
inuenta po-  
nere. In-  
mentionis  
modum in-  
dicare: sic  
enim com-  
modius au-  
ditorum a-  
nimos com-

paramus.  
Scalig.in  
3hif.ani-  
mal.c.4.s.  
4

vocare consueuerunt ] aliquale Septi por-  
tione relicta collaris instar, in Thoracem af-  
cendi ; vbi protinus vtrâque Aorta ( vt  
cum vulgo Anatomicorum loquar] vel po-  
tiùs Carotidibus ac Subclauys; infernè ve-  
rò toto ipsius Aortę truncō, venis insuper  
neruisque, quám fieri potuit, distantissimè  
à Corde amputatis, *Asperam* arteriam  
percussi indito gladiolo inter Epiglottidem  
& carthilaginem Thyroideam: quem qui-  
dèm ictum secuta post OEsophagi scissio-  
ne, totam molem, quà nempè ipse OE-  
sophagus, Trachea cum annexis Pulmo-  
nibus & Corde, quaque reliqua mox enu-  
merata continebantur auellere inchoauit  
cum hac tamen cautione : nè videlicet in-  
ter extrahendum illam aliquid in Dorso  
relinqueretur, quod ad OEsophagum per-  
tineret; verum & nè hoc accideret, palpan-  
do ac retinacula paulatim discerpendo, ma-  
nu intrà eiusdem Dorſi spinam partemque  
OEsophagi posteriorem admota blandèque  
diducta, vtcùnque effectum est.

Hifce peractis, ac mole illa in asserem  
coniecta atque inuersa, frustulum Uentri-  
culi supradictum partemque OEsophagi in-  
feriorem succidere aggressus sum usque ad  
eum

XI.  
Noui ex-  
cretorij  
ductus ad  
illos tu-  
bos.

eum locum , vbi Aorta *Descendens* falsò nuncupata (cùm nimirum *Ascendens* nufpiám reperiatur , sed loco istius Carotidum ac Subclauiarum rami ab Aorta immedia- tè surgentes , vt modò declarauit) OEsopha- gum sibi ante in comitem adscitum deserit dimittitque.

Hic enim obitèr notandum est (& saltèm donec peritissimi in Aortę Viri , atque in Anatomia me magis versati hac de re clari- ora proferant) Aortę truncum ferè adusque insertionem suam in Diaphragma non esse ità rectum , atque ac ab illis delineatur . Ettenim ipse visus sum mihi conspexisse istum, postquam paulo ab egressu à sinistro Cordis thalamo deorsum reflexus angulū exteriora spectantem depixerat , reclinare se se introrsum suprà Dorsi spinam , atque in dextro istius latere alterum angulum des- cribere , donec sensim recurvatus lœuor- sum iterum accederet , atque hinc tan- dem recta haberetur in Abdomen per binos processus , qui musculum Diaphragmatis posteriorem constitvunt . Huius autem sinuositatis causam sì quæris non aliam ego tradiderim , quám quæ à Lovuero , Ruyſchio alijsque affertur in Facto de distributione

*Observat.*

*Tract. de  
Mat. Cord  
c. I.*

*in Respon  
ad Epist.  
Probl. 5.*

Aortæ statim ab exitu suo à Corde: scilicet ne sanguis, qui cum impetu proycitur ab illo, omnino accurreret ad remotiores partes, utque adeò flexuris eiusmodi remoratus magis æquè deflueret in arterias Intercostales, Mediaстinas &c; aliоqui angusti osculi vasa ac numeri non infrequentis. Iam verò talis obliquitas in causa erat, cur OEsophagus Aortæ non vbique incumberet; sed ad quintam Thoracis vertebram, vbi hæc à læuo in dextrum latus procurrebat, eandem transuersalitè commensuraret: mox verò angulum in eodem dextro latere effingentem, (nempe illum, quem adnotauimus) partiatim duntaxat subigeret; ac postremò ab isto in sinistrum latus denuò subtentam obliquè comprimeret usque ad nonam vertebram, vbi denique lеuorsum inclinatam penitus repudiabat.

Igitur usque ad hunc locum perducta succisione illa, idest longitudinali eiusdem OEsophagi à parte posteriori sursum sectione, me iterum contuli ad Ventriculum: cuius deinde membranis ab inuicem ad Cardiam usque diuisis, vt propterea tubos OEsophagi supradictos seorsum distrahere incipio, en! video exemplò quendā fibro-

fibrosum , veluti funiculum , obycere se  
medium inter vtrumque illum tubum , eo-  
rumque alterum alteri connectere tam .  
firmo corpore , vt & vltiorem ipsorum  
diuisionem respuere , & manibus , ceu mo-  
ram , imperare videretur . Iussus itaque  
hoc nutu abstineo ab opere , iamque scire  
cupidus an noui quidpiam fortassè id genus  
fidium caneret , seu portenderet . Stylo ipsum  
concutio . Trepidat sanè funiculus ad istius  
diductiones , obsequitur , paret , hoc est vi-  
cissim producitur ac decurtatur : hoc tamen  
non obstante haud vincitur , atque vtcun-  
que , licet in diuersa , abstractus integer ni-  
hilominus semper remanet . Ad hæc pro-  
fectò statim credidi ipsum esse aliquem  
è numero ramorum neruosorum , qui , tere-  
brato exteriori tubulo , interiorem , qui  
ferè totus nerueus est , compaginatum iret ;  
quamobrèm animo gestiens inuenire saltim  
vndè is solum exordium ostentaret , in hoc  
negocio totum studium impendi . Verùm  
ademit opinionem hanc denique sèpius ite-  
rata ocularis inspectio , vt qua demùm .  
certior factus sum funiculum illum esse  
merè membranosum ac penè flacidum  
fibris longiusculis , nec non insigni cavitate  
prædi-

prædictum : quibus planè argumentis eò pariter impulsus sum, ut existimarem talem fiduciam potius vasis sanguiferis accensendam esse . Quamuis ex alia parte iudicium hocce meum rursùs quòque falsum deprehensum est; quandoquidem ulteriùs prorogato examine comperi ad extremum eiusmodi funiculum comite carere contrà arteriarum ac venarum morem , neque itém sanguine referri, neque demùm quicquam cum artery communi habere, quicquam cum venis.

xij.  
z. ipforū  
par à glā  
dulis Ga-  
stricis Co-  
rglome-  
ratis

Increbuit ergò amor idcirco pleniùs agnoscendi quid id rei esset; inque hunc finem porrò introducta in pridem animaduersam cauitatem , à qua liberalissimè excipiebatur, seta , hanc leui appulsi adegì in interiore Oesophagi tubum, re protinus exteriora versús minùs succedente . Quambrem suspicatus vas esse illud quoddam ad eundem Oesophagum ducens , tentamina renouauī , hisque mediantibus perspectum mihi factum fuit denique tale vas ad Cardiam , siue ad Stomachum, terminare in ea Oesophagi parte , quæ Ventriculo affinis est. Et quod hunc terminum, obseruaui postea setam illam , vbi ad primorem interioris

terioris tubuli præfati tabulam [quæ *Verheyenio* tunica *Vasculosa* est] deuenerat, vltrà amplius non posse excurrere, vasculo nempe, seu funiculo totiès repetito, in complura minora distributo. Horum igitùr progressum posteá sciscitatus inueni eadem primò ingerere se se rectâ in medioxumam laudati tubuli contignationem, membranam *Glandulosam* ab eodem Authore indigetatam; mòx verò obliquè omnino, id est postquam in alias adhuc minores propagines subdiuisa prædictam *Vasculosa* lamination exararant atque aliquatenus præcinxerant. Hoc enim facto vniuersim dehiscebant in cauam antè indicatam OEsophagi superficiem per minimulos quosdam poros in *Nervosa* eademque vltimâ [penès totiès citatum Authorem] eiusdem interioris tubuli lamella existentes, ac *Vuillofa crusta* demum obductos. Lætus ergò ipse noui vas is à saltim terminum aduertisse ad istius quòque originem præstolandam remis, vt prouerbiali figura vtar, velisque contendi. Concusseram autem ob id ipsū fortassis styllo argenteo; cùmque viduisse postinde idem vas amplitér, prolixè ac liberè moueri per exteriorem tubum infrà existen-

Anat. tra-  
ct. 3. c. 9.

G tem

tem [ interiore interim manu sursum elato ] in eam incidi sententiam , istud vas longè à *Musculosa* membrana procedere : ac proptereá , ne & in indagine fortassis deperiret idem , aut elaberetur , secui prædictum exteriorem OEsophagi tubum , verbo *Musculosam* tunicam , lateralitè iuxta eum locum , per quem funiculus eiusmodi pertransibat ; quo factum , vt eodem hoc posteá è sede sua disturbato ad uertere potuerim , quatenūs locus ille foramen erat , instar trochleæ , rotundum ac perpolitum : per quod adeò haud mirabar , quamobrèm totiès nominatum vas liberè illinc mouere se se , hoc est adduci , reduci , accedere , recedere , verbo reciprocare valuisse : deinde quòque obseruaui propendere ab altera , quæ nempè à foris erat , eiusdem vasculi extremitate quoddam Corpus membranosum in dissito , longè ab OEsophago , collocatum suprà collum Ventriculi non nihil versus posteriora ; in quo scilicet demùm latere comperi exordium prædicti vasis .

Porrò itaque ad istius , nempè *membranosis corporis* , enucleationem digressus reperi idem primò duplex , triplex , interdùm etiàm quadruplex , hoc est totidem alijs

XIIJ.  
Struetur.  
eiu'modi  
glandula  
rum.

cor-

corporibus minutioribus seriatim digestis concretum, & quæ tandem vnâ eademque exteriori tunica obuoluebantur. Quod singula; detracta hâc pellicula communi, examinare cœpi illud, quod propinquissimè omnium annectebatur dicto vasi; atque hinc planè adspexi fuisse istud omnium maximū, videlicet crassitie fabæ æmulum, figura infernè planum, cœterà quasi sphericum, aut potius ad hemisphærij figuram accedens: nisi quòd in conuexa superficie sua duobus, tribusue anfractibus notabatur, ceù in totidem lobulos esset distinctum, colore denique subruberum, aut ex rubro variegatum. Ex hac igitur figure asperitate, argumentatus sum protinus tale corpus glandulam esse aliquam è numero Conglomeratarum. Sic enim appellantur *quotquot ex varijs, quasi minoribus, glandulis exurgunt cum aliquali superficie i sua inequalitate.* Et sanè, si structuram attendas: amiciebatur vndique istud corpus membrana propria tenui quidem, ast aliōqui firma; à qua sustentabantur plurimè arteriæ *Cæliace* ramifications, vt & aliæ sanguinem reportantes, quæ in *Gastricas* venas exonerabantur: è quarum iccircò flexu ac plexu mutuo ea

tandem pictura resultabat, quę in *Pia* me-  
 ninge alysque membranis conglomeratas  
 glandulas occingentibus obseruatur. Insu-  
 pèr delapsa ab hoc velamine arteriarum ca-  
 pillaria (venosa nàmque non peruadunt ob-  
 rationem *alibi* allegandam) altè se se in di-  
 cti corporis parenchyma condebant; vbi  
 post in minimas propagines subdiuisa ter-  
 minabantur ad extremū in exiguos calices,  
 siuè cupulas quasdam membranosas figurā  
 ijs, quæ glandes quercinas continent, haut  
 absimiles, & carnosis cellulis demùm inser-  
 tas: quo proptereà fiebat, vt capitula illa,  
 siuē potiùs arteriarum extremitates, follicu-  
 los quosdam repræsentarent, aut acinos al-  
 tero medio carneos, altero membranosos;  
 quicquid reuerà carneæ huismodi cellulæ  
 nil aliud esse viderentur, quám pororum  
 arteriosorum constrictoriæ, eademque &  
 suspensoriæ fibræ. Ultimò verò inter has  
 fibras, quæ scilicet tales acinos claude-  
 bant, seù quasi concamerabant, conspicui-  
 cernebantur parui quidam meatus, aut gur-  
 gustiola plerumque oualia, & quę imme-  
 diatè ducebant in proximos rivulos per  
 quandam lanuginem sparsam, quę in hos  
 expandebatur. Rivuli autem, siuè fulci-  
 huius-

huiusmodi membranosi hinc inde à prædictis glandulis prostabant instar paruorum canaliculorum, qui tandem in alios maiores dehiscebant, de quibus impreſens. Ettenim ex incisuris illis, siue vallibus externè in conuexa glandulæ superficie adnotatis, descendebant intrinsecè totidem euripi membranosi, qui aut perpendiculariter omnino, aut obliquè parum descendebant denique in vnum alium maiorem horizon taliter ad basin eiusdem glandulæ collocatum; ex cuius postea extremo, illo scilicet, quod OEsophagum respiciebat, foras erumpet illud vas, quod noueram è corpore istiusmodi glanduloſo in interiorem infernique eiusdem OEsophagi ſubſtantiam irreperere.

At verò parum ab exortu ſuo deflexerat tale emunctorium, cùm ſe ſe statim lumenib[us] obiecit aliud magis exile, quod ſub eiusdem matrice rependo breuī ducebat ad aliud corpus illi ipſi ſimile, ſi molem duntaxat excipias & figuram. Erat nanque iſtud priori tenuius magisque rotundum, instar pisi: coetera, hoc eſt ſecundum interiorem habitum, nihil, ut modò innui, ab eadem superiori glandula diſcrepans.

Antè tanien , quām hoc svum principium repeteret siphus iste recentissimus alium iterūm excipiebat à tertia glandula proficiscentem , quiue rursús magis exilis obseruabatur quām alter adeò , quòd dixisses istiusmodi vascula æmulari quasi petiola cerasorum , quorum scilicet tria aut quatuor in communem quendam ramuscum abeant , aut potius rivulos aliquot minimos , quorum aly in alios desinendo ad extremum flumen quoddam magnificum conficiant , illud inquam flumen , quod ad OEsophagum indè concurrere denunciauimus . Sic ergò etiam quartum vas in tertiū confluēbat &c. Nam quod numerum corporum , eiusmodi glandosorum ; nouimus suprà interdùm quatuor dinumerata fuisse : Nunc quod ordinem ; haut semper seriatim , ut ibidem paritè indicauimus , quandòque potiùs aceruatim digesta visa sunt : quod magnitudinem autem ; quo plus ab OEsophago disternabantur , eò semper minora erant , eorundemque vascula , seu radices membranosæ , magis gracilescebant . Ulteriùs , quod situm earundem glandularum ; comperte sunt hę non rarò seorsum à Ventriculo procubuisse , nempè sub Diaphra-

phragmate è regione Lienis : ac tandem quod structuram ; erant omnes vbiique analogæ , idest *Vasculo-uesiculosæ* , qualis nimirum fuit illa , quam priori loco descripsimus . *Vasculo-uesiculosas* ettenim nominare libet glandulas *quotquot ex multis, quasi minimulis glandulis componuntur, cœū acinis membranosis simul congestis, per intercedentia vasorum plurimasque fibrillas coherentibus & communis membrana inclusis* . Sed quidquid de his sit , quidquid , iterum , situs , numerus ac figura talium glandularum in unoquilibet subiecto multum varient ; illud certè fallere me nunquam potuit , vasculum scilicet suprà delineatum , quodque ad Cardiam , siue inferiorem OEsophagi regionem , ultimò penetrare nouimus , à conglomatis ysdemque *Vasculo-uesiculosis* Ventriculi glandulis ( quas iccireò *Gastricas* appellauimus ) denique non propagari ; neque porrò quicquam esse aliud , quam eiusmodi elaboratoriorum excretorium tubum.

His planè velut illecebriis ad noua studia inuitatus antè inchoatam tubulorum OEsophagi diuisionem ulterius exequi perfexi. Seiunxerā autē iam vtrumque alterū ab alte-

XIV.  
2. par à  
Glandu-  
lis Dorsa-  
libus.

ro, per totum illum tractum, qui à Ventriculo ad quintam Dorsi vertebram est, seu usquequò partem eiusdem Oesophagi posteriorem in longum me pridem secuisse retuli: neque porrò intrà eosdem quidquam præterea speculatus, quod saltim conuenientiam aliquam haberet cum priori inuenito, in eam opinionem deueni, vt existimarim Naturam iam in arcanis suis mihi reuelandis fuisse delassatam. Quamvis tamen coniectatus postea ibidem noui aliquid contingere non potuisse, fortè quod Oesophagus per totum illud interuallum cuiusuis organi (vnum si demas Septum) confortium & consuetudinem respuat, bono animo iterum esse cœpi: inque spem meam pristinam restitutus, inueniendi nimirum rursus aliquid, prefatam Oesophagi à tergo sursum sectionem paulisper prolongavi, quoad scilicet Pulmonalis fistulæ terminum me asscutum fuisse in comperto habui; hoc facto nedum postea inter separandum ab inuicem dictos tubos prætergressus eram locum quintę superadictæ Dorsi vertebræ correspondentem, cùm obuiam venere denuò gemina alia vascula membranosa, in alterutro tuborum  
prædi-

prædictorum, per medium dissectorum la-  
tere vnum, & quæ rursùs media inter vn-  
um & alterum se obyciebant, in reliquum  
vniformia, sibi inuicem parallelæ, ac tan-  
dèm longitudine paria illi, quod nuperri-  
mè dictum est è Ventriculi collo ad Car-  
diam ascendisse, quamvis crassitie aliquo-  
antò minora. Horum igitùr capita nosce-  
re desiderans, concusſi eadem more antè à  
me recepto (nempè quùm de *Cardiaci* mo-  
dò nominati ductùs exordio decernendum  
fuit) blanditer stylo argenteo; qua motione  
mediante perspectum habui demùm quatini-  
nus tales canaliculi expedite accurrerent  
recurrentque per exteriorem OEsophagi  
tubum, hoceſt per tunicam istius *Musculo-*  
*sam*: in qua aderant iccircò totidem binæ  
trochleæ parallelæ, idest sub eadem recta  
linea positæ, vnaquæque inter quatuor fib-  
ras ciudem tunicae *carneas*, duas nempè lon-  
gitudinales, ac totidem annulares, quæ-  
que ab insimul parùm recedere videbantur;  
itèm rursùm quatinus ydem ductus tra-  
herent post se singuli ſvum nodulum pecu-  
liarem vtrobique simplicem, membranosum,  
inæqualem, oblongum ac neque demùm itá  
compactum, atque ille, quem narrauimus

proximè sinistro Ventriculi orificio adstissetse. Quibus ponderatis, in promptu fuit iudicare, quòd inuolucra, quorum modò à Nobis facta fuit mentio, nihil aliud in se, quám glandulas *Dorsales*, absconderent. Dicuntur enim hæ adiacere hinc inde à parte anteriori quintæ Dorsi vertebræ. quî igitùr alibi eadem queri debuissent? Sed scrupulus nihilominus adhuc restabat, an videlicet, cùm tales glandulæ sat supèr que Anatomicis pateant, mihi tamen licisset rursum parumpèr in ipsarum descriptione commorari? id sanè, quod statim amplexatum est ex eâ consideratione, quòd *Dorsalium* glandularum historia à nemine, quod sciam, hactenùs compilata fuit, præcipuè quoad ipsarum emunctoria, vt quæ vel usque-nùm fuerunt ignorata: mea itaque interesse, vt, cùm ista demonstrata sint, illarum etiàm saltim rudem effigiem adumbrarem, aliöqui munere meo me haut ritè defuncturum.

Quo titulo multatus, excerpto illo, tanquam cortice membranoso, qui vtrumque inuolucrum prefatum congebat, intuitus sum porrò tales glandulas numero binas, in alterutro nodulo vnam, magnitudine ferè

ferè ad amygdalæ fructum accedere, quemadmodùm & figurâ: nisi, quòd vnaquæuis earum quatuor, ad summum sex, prominentys, seù tuberculis glandulosis notata erat hinc indè è regione positis, & quæ tubercula ad basin crassiora, quám ad apicem inter se paritè incisuras quasdam relinquebant illic profundiores, quàm hîc, vt & ibidèm etiàm magis versús glandulæ centrum protensas. His itaque consideratis, minimè constatus sum deliberaturus nùm tales glandulæ Conglomeratis accensendę forent, nec nè? multo minùs quòque, an istas Conglomeratas *Vasculo-vefficulofarum* catalogo adscriptissimè? Quippè tales primis oculis visæ; integumentum nempè quod-dam proprium ac satis exile earum quamlibet amiciebat fvlciebatque desupèr innumeros sanguiferorum vasorum pampinos è *Bronchialibus*, & *Coronarys*, ceù palmítibus, traductos, quiue ad extremum submittebant se se in subiectam glandulosam carnem fere sub ea norma, quâ & *Celia-cos Gastricosque* ramos in posterioris nominis glandulis caput svum deflectere suprà iàm significauiimus. Deindè hæc glandulosa caro cystidibus farta erat, siuè ves-

siculis innumeris membranosis racematis digestis; quarum unaquaevis proprio fruebatur excretorio poro immediatè dehiscente in quosdam surculos itidem membranosos mediè inter binas quaslibet vessiculas existentes: à quibus proindè exceptus latex recrementitius ducebatur posteá in alios magis capaces, vndique è circunferentia glandulem emergentes excurrentesque sub ys, quasi vallibus, exteriùs inter eiusmodi glandularum prominentias obseruat, & qui surculi denique terminabantur in alium omnium maximum mediè ab apice ad basin cuiuscunque glandulæ protensum, perindè scilicet, atque in Pancreate *Virfungianus* tubus. Tandem verò ad alterū nouissimi istius elicis extremū, nempè quod à foris erat, continuus cernebatur ille nilus, quem vidimus ab unoquoque nodulo superiùs prorupisse ad *Nerueam Oesophagi* membranam, *Musculosa* priùs in trochlearum loco perforatā. Sed quod attinet huiusmodi insertionem: quatinus hęc parum differre visa est ab illa, quam de *Cardiaco vase* publicauimus, consultò venit omissa; monebo duntaxat circà numerum istiusmodi glandularum, eas haut semper binas,

re-

reperiri interdum plures, nonnunquam etiam pauciores, ut qvum ab altero Dorsi latere absunt: de qua varietate propterea ita Verheyen: *Circà quintam Thoracis vertebram, inquit, ipsi OEsophago à parte posteriore adnascuntur quadam glandulae sapiens binæ, magnitudine & figura phaseolum referentes; aliquando plures, sed minores & in unum corpus glandulosum concretae; quo nempè rursùm videoas quantoperè in glandularum OEsophagi conglomeratarum censu, figura, situ &c. Natura ludat.*

Ventum erat intereà tandem ad eum locum, vbi arteriarum venarumque maiorū bifurcationes (quæ ponè OEsophagum sunt, quasque adeò ibidem, cèu in situ suo proprio, ipse, prout innui, antè reliqueram) nunc aut explorari exigebant, aut extubari: secùs vltiorem ipsius Gulae, separationem in duos tubos molienti, cèu repagula posti obdita, omnem prorsùs aditum præclusuræ. Proptér quod ipse Aorta & Caua diligenter examinatis, cum compérise posse nihil ab his dirrectè ad OEsophagum tendere, tantùm aliquot Intercostales ramos, qui extremis osculis *Membranosa*m eiusdem OEsophagi tunicam lambere pergebant, posteriorem senten-

*loc. cit.*

XVII.  
3. par à  
Glandu-  
lis Bron-  
chialibus  
Congl.

tiam amplexendam censui , dictosque obices potius amouendos, quām vt in vestibulo, vt aiunt, subsisterem. Dictum igitur factum; sustuli postes, arterias ac venas exemi, moxque posteriore OEsophagi parte in totum, seū ad Pharyngem vsque diffissa , tubularum ipsius ab inuicem dilacerationi iterum incubui. At vix planē in hoc operetantum progressus eram , quanta vnius transuersi digiti mensura est , cum protinus.

Pincier

—*Emersere foras quasi carcere fracto.*

*Et patuere oculis & se noscenda dedere*  
 rursūm duo alia vascula parem cum prēcedentibus ordinem dispositionemque seruantia , vt vt tamen multo breuiora ys longèque teretiora : quæ posterior ratio fuit, cùr eadem stylo tentare , prout anteà consueueram , nequaquam ausus fuerim , veritus ne dirimerentur : ex alia parte quōque ne euentu suo insupér motatio illa frustraretur . Stabant quippè tales fideculæ vasculosæ in loco , vbi OEsophagus tām arctè connectebatur Pulmonum substantiæ, vt & ne stylum quidèm pateretur inter se & istam interponi . Quî igitur mihi illarum primordia fuissent pernoscenda ? Nil-

hilōinūs tāen res euicta dēūm est hoc pacto.

Apposito indice manūs suprà eam partem, à qua nouissimi illi canaliculi supernè assurgebant, periculum comprimendo feci, an quidquam subtūs correspondere sentirem, quod me ducere posset in cognitionem eius originis, quam quærebam. Nec frustrà; quandoquidém visus sum mihi attigisse statim globulum quendam durum, à reliquā OEsophagi substantia discretum inque<sup>l</sup> dextro Pulmonum lobo altè quasi latitantem: quo factum, vt in hoc velari tandem duxerim, obiectum conatvum meorum. Abscidi itaque iccircò propè vniuersam eiusdem lobi substantiam, eā duntaxat seruata, cui duritas illa perpendiculariter insistebat; vtque farcina eiusmodi ablata est, euexi sursum exteriorem OEsophagi tubulum, à quo postindè comperi propendere portiunculam maioris *Aspera* arteriæ rami vnā cum accumbente illo corpore, quod senseram infrà prædicta vascula collocatum. Nihil autem erat aliud istud corpus, quām glandula quedam oblonga, conglomerata, sita extrinsecus atque in postica parte dextri, vt dictū est, *Aspera* arteriæ rami nonnihil versus

finem

XVIJ.  
Glandul:  
Bronchia-  
les Con-  
glomerata.

finem, idest ubi is nundum in alios minores  
 appareat subdivisus. Et quod contextum  
 tametsi hunc propter informes fibrarum  
 ductus, confusos nempe ac varios, colore  
 item fuscum, aut potius atrum plene asse-  
 qui nunquam valuerim, nihilominus ex  
 ante perlustratis funiculis vasculosis planum  
 fuit conycere talem glandulam inter *Vas-  
 culo-vesiculosas* enumerandam esse, aut, ad mi-  
 nimum, inter eas *Vesiculosas*, quae cum *Vas-  
 culo-vesiculosis* conueniunt. Neque enim in-  
 ficiabor, adesse potuisse insuper aliquot  
 lymphae ductus, qui ab illa glandula in  
 prefatum Tracheae ramum influerent; sed  
 cum hoc hucusque nundum obseruauerim,  
 atque insuper autopticas rationes habeam,  
 que me prohibent, quominus arbitrer lympham  
 ab ea glandula gliscere in bronchium  
 praecitatum, inducor impresens ad opinan-  
 dum, eandem glandulam *Vasculo-vesiculosae*  
 nomen promereri potius quam *Vesiculosae*.  
Sed. 2. At quicquid de his sit [ & quorum acta venti-  
 labuntur *infra*] vascula certe, de quibus  
 nuper, non aliunde sata, quam a descri-  
 pta glandula, conspecta sunt, plerum-  
 que bina, quamvis nonnunquam etiam  
 unica eademque obscuri inity, propter ni-  
 mirum

mirum ipsius glandulæ cum OEsophago  
arctissimam quasi conglutinationē: cœterò  
autem specialibus trochleis in *Musculosa*  
eiusdem OEsophagi tunica ditati erant ydu-  
ctus, & per quas tandem ad *Nerueā* euadebat

His agnitis, secutus sum meum, vt in  
adagijs est, asellum agere, siue, quod planius,  
iamdiu decantatam abs me illam tubulo-  
rum OEsophagi ab inuicem separationem  
ulterius vrgere, prohibente hoc vtcunque  
licet intimo eorundemque mutuo contactu,  
quem vel pridem nihilominus perspectum  
habueram, cum primum scilicet ipsum OEs-  
ophagum arcte admodum Tracheæ alli-  
gatum inueni. Ut autem tanta eorundem  
portio altrinsecus diuisa est, quantā & antè  
se iunxeram, vbi à *Dorsalium* glandularum  
excretorys vasculis ad *Bronchialia* ascenden-  
dum fuit, incidi denuò in alia, seù potius in  
aliud emunctiorum par anteriori breuius  
perpetuòque gracilius, & quod denique  
adhuc per binas trochleas ab exteriore ad in-  
teriorem tubum se se eleuabat eadem prope-  
modum symetriæ, quam in præcedentibus  
animaduerteram. Quapropter & istorum  
fontes de more indagatus facta cum sty-  
lo pericula renouauit; quæ tamen cum am-

XIX.  
XVIII.  
4. par à  
glandulis  
conglom.  
prime di-  
uisionis A-  
spera ar-  
terie.

pliús ex voto non cederent, ad extremum palpando iterúm, cœcorum more, facinus inchoatum est.

XIX.  
Glandu-  
læ prime  
diuisionis  
*Asperæ a-  
rteria Cō  
glomer.*

Applicito scilicet digitifastigio suprá exteriorem tubum, cùm compressissim postea infrà eum locum, vndé ij ductus veluti pullulabant, quandam quasi exostosem, aut potiùs corpus reliquis vicinis partibus magis durum, arbitratus sum protinùs fortunam cœcorum esse, siue, vti dictitant incolæ nostrates, habitare in manibus. Neque enim videbatur talia excernicula aliundè, quām ab istiusmodi corpore esse posse. Et de facto semotis ys, nempè partibus, intuitus sum indè glandulam quandam bifidam, conglomeratam, *binis prioribus Tracheæ di-  
uisionibus* adnatam, vtrinque vnam, coloris ad ianthinum vergentis, seù potiùs liuidi, magnitudinis sat conspicuæ (quicquid nondūm obseruatæ) figuræ denique semilunaris, aut quasi circularis ita nimirùm, vt ceù totidem annuli ambos prædictos *Asperæ arterię ramos* statim ab ipsorum exortu constringerent atque obfirmarent. Hinc itaque erutâ eiusmodi excerniculorum genesi reliquum erat vt examinarem quemadmodum ista, nempè corpora glandulosa, recre-

men-

mentum sūm transfunderent in illa , siue,  
quod idem est , qualiter , quōe ritu inte-  
rior huiusmodi glandularum materia esset  
disposita . Verūm hoc propter minimam  
earum crassitatem lineas vix quinque , præ-  
ter propter , superantem , additis idoneo-  
rum perspiciliorum hīc Rure , vbi dego , ino-  
piā , & charitate , ægrē consecutus ; cūmque  
palam duntaxat constitisset ad extremum  
talem substantiam congeriem esse acinorum  
innumerorum , hāut itā tamen laxè aggrega-  
torū quemadmodūm in *Bronchialibus* gland-  
ulis supradictis folliculi vessiculosi , hāc saltī  
notitia contentus esse debui glandulas nimi-  
rūm illas (*prima Aspera arteria diuisionis*) me-  
rē *Vasculo-vessiculosas* existere , earumque  
emunctoria ( sinē quibus eae tales non esse-  
nt ) ad cauam OEsophagi superficiem distri-  
bui , conuexā , siue exteriori eiusdem tubu-  
lo , antē , prout nouimus , terebrata : licet  
ex alia parte istorum , nempē emunctorio-  
rum scaturigo , quiā eadem glandule altē  
in eiusdē OEsophagi substantiā sepultae erant ,  
ocolorum aciem plurimūm falleret , atque  
ex arctā communium membranarum vni-  
one visa esent ea vascula quasi mæandri in-  
numeri ac minimi in duos manifestos ca-

naliculos recollecti .

xx.  
5., 6., n 5-  
nuquàm  
etiam 7.  
par à G-  
land. *Trz-*  
*chealibus*  
*tergemini*  
*nis Con-*  
*glom.*

Rursùs verò post illam [de qua & nupér & dudum] transuersi digiti mensuram in duos alios offendì siphunculos membranosos figuræ , ordinis , siue dispositionis præcedentibus æqualis : nisi quòd & ipso iam recentitorum vltimo binario [ quod exillimum denunciauimus ] adhuc graciliores itemque breuiores spectabantur , qui que iterum ( ne & istud vnquàm deseram ) ab extrà intus gradiebantur per peculiaria foraminula , Trochleas appellatas , hinc indè in *Tendino* tunicę *Musculosa* per medium atque à tergo ( vti quondam & passim publicatum est ) discissæ strato conspicua . Nec satis ; paulo altius progressus geminos alios nouiter inueni prioribus conformes ac parallelos , quamuis adhuc , imò continuò , teretiores : ex quorum proindè frequentiâ , adiecta paritè quotidiè maiore ipsorum breuitate illam tandem ratus sum procedere posse resistentiam , quę OEsophagi tubos altrinsecus diuidenti offerrebatur eo maior , quò propius ad angulum incidentiæ , siue ad Pharyngem , accedebam . Quin imò ! & in aliud denuò quandoque impegi vasculorum par eiusdem cum reliquis naturæ , sed perpetuò

[quem-

( quemadmodum mox monuimus ] breuius ac tenvius, quodque vna cum suo aditu ad OEsophagum aliquandò minimè obseruari potuit.

Trium itàque omnino parium huiusmodi natalia si quis à me percuntetur , fateri candidè non pudebit me processus ipsorum integros conspicandi copiam nunquam habuisse . Vidi equidem in plurimis recens denatorum cadaueribus talia vascula ab altero tuborum OEsophagi ad alterum extenta, quæque alicui aly verius non assimilabantur , quám trunculis quorundam emunctiorum ab aliquibus conglomeratis glandulis prouenientium, qui in yspartibus relicti essent : prætereà quoque aduerti ad stare ipsi OEsophago , & circá Tracheam complures glandulas, præcipue *Vasculo-nes-siculofas*, quæ proprio excretorio ductu, tanquam caudice, fruebantur ; vndè adeò vehemens subibat cõiectura , talia vascula . quæ veluti detruncata vtrobique suas appendiculas offerebant , si quando iccirco inuicem commissa fuissent , illuc in OEsophago srum terminum , hic verò, idest in glandulis , suam originem vtcùnque ostensura esse : at minimè tamen ità , vt affir-

XXI.  
Glandu-  
læ Trach-  
eales tri-  
formes.

mare audeam seriem, siue coniunctionem appendicularum præfatarum mihi penitus fuisse perspectā. Vocabant enim hoc partim illorum minimorum, ut ita dicam, stipitum vasculosorum exiguitas, partim etiā membranarum dictas glandulas irretientium inextricabiles complicationes; quibus si adiungas iterū microscopiorum defectum, dices ut cunque me in hac parte venia dignum extitisse. Quod si tamen coniecturis illis, & quæ tūm solæ mihi relictæ fuerant, standum est, vix dubitauerim afferere tria dicta siphunculorum membranosorum paria è glandulis memoratis ortum traxisse. Erant quippe hę fartim ab imo ad summum OEsophago circunfusę, & saltim per illud spatiū, quod eiusmodi paria æquo interuallo ab inuicem distantia occupabant, siue quantus ferè *Asperæ* arteriæ processus est à *primis diuisionibus* suprà memoratis usque ad cartilaginem eiusdem *Annularem*. Deinde utrinque à Tracheæ lateribus propendebant ipsi OEsophago, ac veluti assistebant præ cœteris quedā glandulæ Conglomeratę eademque *Vasculo-vefficulosę* tot ferè numero, quot erant vascula prefata, quorum insuper positioni ac loco dirrecte, è regione, ac proximè

mē collocatæ erant. Huiusmodi ergò glandulas speciali suo pollere excretorio ductu in superioribus iām patefactum est : quī igitūr ij alibi, quām in OEsophago querendi fuissent ? & cūm insupèr salinum humorem effundere confuescant tales glandulæ, prout etiām alibi fuit promulgatum ! & quidēm, quòd *Vasculo-uesiculosæ* essent illæ, nempè glandulæ, liquebat ex eo quòd superficiem habebant *inaequalē* paucis tuberibus, idest eminentys lacunisq; vicissim notatam, colore ex rubro pallidam, ac tantūm non roseam, amplitudine pupilla oculi paulo maiorem, vt & crassitie quōque, figurę lenticularis. Obtegebantur prætereā singulæ tunica quādam tenuissima vbiique sustentante *Mediastinorum*, ac *Bronchialium* ramorum diuisiones, quæ glandulosum parenchyma posteā ingressę minimulas, quibus hoc constabat, glandulas sic, vt de alijs iām dictum fuit, concinnatum ibant. Ac denique quia minime hæ glandulæ intùs vasculis interstricte cernebantur, quæ in vnam peluim desinebant, quemadmodūm in Renibus elices vrinarij; peluis autem hēc in maximè declivi parte collocabatur sic, vt ex ea posteā descenderent dicti excretorij tubi.

His

His igitur obseruatis non alienum fuit opinari radices huiusmodi emunctoriorum inter vtrumque Oesophagi tubulum reperatas ab ys glandulis fuisse propagatas. Sed quod primordia huismodi radicum: vix à pelui, siue è glandula digressę singillatim aut disperibant omnino, aut in alias glandulas impingebant, de quibus impreſens.

Namque suprà Mediastinum, Tracheam, Pericardium aliasque his vicinas partes videre erat complura, imò propè dixerim infinita, tubercula partim rubra, partim atra, partim atro-lutea &c. Quorum quidem rubra omnium minima apparebant, figurā semen orobi referentia, nunc maiora, nunc minora pro ætatum nec non sexuum differentys, substantiæ rubellorū sanguinis globulorum subtilissimis nerueis fibris adh̄erentium, aut, si mauis, musculorum materiam æmulantia, nullis aliōqui ductibus excretorys, saltim conspicuis, predita: nisi fortè capsula quādam, seu appendice veluti adiposa gauderent, quorum nimirū etiā complura conspiciebantur. In hoc enim casu, ab apice talis capsulæ, quæ genuinum fibrarum adiposarum contextum imitabatur, perexigvus quidam

oriebatur tubulus oculorum aciem abhinc statim effugiens. Tandem quodad situm; obtinuerant hec plerumque locum OEsophago propinquiores adeo, ut *Vasculo-nessiculosis* intermixte cummuni etiam cum his contubernio, hoc est eodem inuolucro, gauderent.

Atræ verò glandulæ remotiores partes incolebant numero longè plures, quam rubræ, vtpotè quas ego non in Thorace tantum; adspexi insuper in Abdomine in ipsis quoque membranosis muscularum interstittys &c. cum è contrá rubræ, siue carneę, non alibi, quam heic ad OEsophagum fuerint obseruatæ. Cæterá autem, ideft secundum magnitudinem ac figuram, cum ydem rubris pené congruebant atque ex substantia videbantur potius quasi grumi sanguinis arefacti ac tenui quâdam pellicula inclusi.

Denique atro-luteæ glandulæ non alibi pariter in toto corpore affulgere visæ sunt, quam circà Tracheam & OEsophagum. Apparebant autem hæ præcedentibus molliores ita, quod dixisses coagulato sanguine concretas: quamvis nihilominus alteri ipsarum extremo rursùm veluti appositus spectabatur quidam globulus pusillus, colore dilutè flavus, substantia non absimilis illi,

quem narrauimus etiām carneis , siuē rubi-  
cundis tuberculis quandōque succreuisse ,  
figurā denique coni in modum fastigiatus ,  
exiguōque , imò ne spectabili quidem , ex-  
cretorio vase in culmo , tanquām plumā  
in casside , ornatus .

Quatuor itaq; istiusmodi glandularum  
classes si demas *nigras* ( quas nempè ratus sū  
vni ac soli lymphæ studere ) omnes omnino  
visę sunt *Vasculo-vessiculosarum* gratiä fuisse  
confictas . Ettenim *Carnea* ( quarum etiām  
priore loco memini ) siuē simplices extarent ,  
siuē compositæ , idest adiposa capsula ditate ,  
semper hinc sua vascula ab ipsius capsulę  
apice egredientia in illarum surculos ablega-  
bant , indè verò interponebant se medie istis  
excerniculis adeò , vt humor per hæc excur-  
rens per ipsas filtrari cogeretur . Reliquæ au-  
tèm nimirūm *sanguineo-adiposa* , aut atro-luteę  
dictę omnes prioris fasciæ erant , hoc est suos  
nilos *Vasculo-vessiculosarū* emunctorys infe-  
rebant . Quę cùm ita sint , vix dixerim quanta  
fuerit tot vasculorum confusio , nedūm vt ip-  
sorum ductū atque terminum designare va-  
leam : & cùm insupèr illarum glandularum  
color figura magnitudo numerus &c . vix de-  
terminari queant proptèr magnam in diuer-  
sis ,

sis, & in ysdem diuerso tempore variationē. Sufficiat igitūr asseuerare me non alibi, quām ad OEsopgagum, talium canalicularum vestigia obseruasse, & quo saltim in suspicione nem venerim tria prædicta istorum paria ē glandulis *Trachealibus* trium omnino ordinum promanasse.

Deuenerā autem iam denique inter diuel-lendum ab inuicem totiēs nominatos tubos ad *Constrictorium Pharyngis muscularum*: cuius substantiā mox rursus dimidiati dilacerata videre fuit primō infrā hunc *musculum* adhuc vnum, quandōque verò etiām alterum vasculorum par figurā quidem ac dispositione hucusque recensitis non absimile; ast magnitudine tamen ita pusillum, vt etiamnūm, hæream an ambo vera vascula extiterint, aut quid analogum? carere insupèr ipsū peculiaribus trochleis, siue foraminulis, per quæ, perindè atque alia, liberè excurreret trans exteriorem tubum. Prætereá intrà dictum *musculum*, siue potius intrà orbiculares eiusdem fibras animaduerti alias, sed craffiores, velut nerueas & fistulosas transuersalitèr à Laryngis inferiori parte ad *Nerveam* usque OEsophagi membranam, idest interiorem istius tubum, ex-

XXI.  
Postrem.  
par à gl-  
andula T  
hyroideæ  
Conglo-  
mer.

tentas, & quarum aliquæ laterales cum *Thyroidæis* glandulis communicabant.

XXIIJ.  
Glandu-  
la Thyo-  
roidæ Con-  
glomerata.

Quo igitur melius istiusmodi cùm vasculorum, tūm fibrillarum cauernosarum series atque origo mihi innotescerent, *Thyroidæarum* mox nominatarum glandularum examen auspicandum duxi. At vix quidem primo ipsarum aspectu satiatus fueram, cùm me pœnituit erroris, in quo hactenùs eram versatus, tales nempè glandulas sempér geminas abs me cum vulgo Anatomicorum putatas fuisse, atque interim tamen simplex esset earum corpus velut ex duplice simul vinto coalescens. Erat itaque vnica glandula supernè plana, infernè angulosa ac bifida, hoc est ad semilunarem figuram accedens, cuiusq; trianguli Pharingem atque OEsophagum vtrinque contingebant, diuidebanturque ab inuicem per quendam isthmum ab imo ad summum per medium ipsius glandulæ percurrentem; ex cuius prodindè obtutu deceptos fuisse arbitror illos Anatomicos, qui eandem omnino duplicem prædicauerunt. Sed quod essentiam, seu corporeitatem; erat eadem intrinsecè tam informis, vt cuius libet vel curiosissimi perscrutatoris elusisset audaciam: viscus

cus inquam erat nonnullibi laxum , alibi compactum , incisuris , anfractibus , promontorys , lacunis vbiique ac passim referatum , quodque demùm diuidentis cultro resistebat , ac nonnunquam etiam , dum diuidetur , crissus edebat in morem materiae fabulosæ . Quo stante , quomodo quis factum iri posse dixisset , vt caput , quod aiunt , aut pedes illius glandulæ adinuenirem ? ne dum vt vasculorum , nec non fibrarum fistulofarum prædictarum initium atque extensionem : nihilominus tamèn perlustratis fortè fortuna quibusdam veluti spiraculis utrumque glandulæ latus perforantibus , queque eò maiora cernebantur , quò plus ad externos eiusdem angulos ( qui scilicet Pharingi atque OEsophago vtrinque , vt dictum est , implantabantur ) proximè accedebant , in eam opinionem deueni , vt crediderim dictam glandulam , idest *Thyroideam* , per memoratos mæandros expurgari , vasaque fibrasque præcitatas esse eiusdem glandulæ excretorios tubos . Dicere nàmque alias quòd ea talia esse non poterant , quatinus magnitudine non correspondabant glandulæ , à qua proficicebantur , vanum est . Noueram quippe crebrò ( quod & *Malpighius* testatur ) ad-

Sec. 3.

esse in Asino, Boue &c. complures glandulas, quę per eiusmodi cauernosos funiculos exhantlantur. Et præterea dubium an, quemadmodūm diuersa sunt conglomeratarum glandularum munia, ita ob adhuc ignotos fines Natura fortè voluerit talem *Tyroidam* glandulam per eiusmodi, quasi nerueas, fistulas humorem srum excernere, ut nimirūm, si latex iste velut aura quedam v.g. exinde debuerit inspirari. Verūm de his alibi. Denique quod has fibras; germanum illius glandulę recrementum per tales cuniculos sequestrari suadebatur ex eo, quòd eādem interdūm abscessū tentata viderim post mortem pus ab indē in OEsophagum, siuē ad Pharyngem, expressum leui etiām appulsi in Fauces atque in Os regurgitasse. Mitto, quòd à tali glandula nullus patebat, ad Laryngem, aut ad aliam quamlibet partem aditus; quòd neque illinc aliquis lymphæ-ductus emanabat, & postremò quòd idem viscus OEsophago vtrinque, vt dictum est, innitebatur. Cœterò *Thyroidam* glandulam in *Vasculo-vessiculofarum* censum esse reponendam color ipsius atque substantia paulo durior vltrò indicabant, quod si adeò eiusdem excernicula alibi, quām in

in maximè humili parte quæsivissem, dices extrà callem me, vt aiunt, incessisse, parte nempè illa OEsophago [ vt hoc rursùs repeatam ] hinc indè accumbere conspecta.

Auctarij ergò loco monendum restat hùc que recensita, quæque ad OEsophagum desinere comperta sunt, tot glandularum conglomeratarum excretoria vasa croceo ut plurimùm, idest saturé flauo, colore imbuta oculis se se obtulisse: quam tincturam arbitror hactenùs imponere potuisse ingenuis Prosectoribus sanguinis specie; adeòque ipsam venarum his veluti fucum fecisse, aut arteriarum, nobis tamen interèa eiusmodi phænomeni rationem in *sequenti Sectione* reddituris. Si quis autem eâ serie, ac multitudine emunctiorum offendatur & quod non omnia omnino, neque vbique ac semper ea in comperto habere possit, constat parumpè indignationemque coerceat saltim vsquedùm singulorum in singulis cädaueribus venationem instituerit. Continuit quippè non rarò, vt dum aliquod illorum inuestigatur, aliud suffugiat nonnumquam, pereatue, aut defetiscat sicque modò hoc, modò illud solùm reperiatur, prout nempè aliud alio aut prius in disquisitio-

XXIV.  
Admoni-  
tio circa  
apparen-  
tiā du-  
ctūm e-  
nuntiato-  
rum

ne fuerit, aut posterius. Quicquid ex alia parte *Dorsales* tubi præ-eoeteris ubique, in omnibus ac perpetuò extitisse comperti sunt, tum *Gastrici*, ac tertio loco *Brunchiales*, quos denique sequebantur cùm *Tracheales*, tum & *Tyroidai*, qui tamen segnissimè ijdemque rarissimè omnium sub conspectum ceciderat

XXV.  
3. Tunica  
Neruosa.

coco sapé  
citat,

Iam verò absoluta Tubulorum OEsophagi alterius ab altero separatione, exemplaque iccircò atque aliorum sequestrata *Musculosa* membrana, vnde exterior, ut insinuatum fuit, eiusdem OEsophagi tubulus conflatur, supererat *Neruea*, quæ itidem interior est, quamque ut vt à plerisque pro simplici ac prò indistincta habitam Verheyenius tamen rursùs triplicem agnoscit. Sic enim is: inter *Musculosam*, inquit, Tunicam *Neruosa*, quæ passim dicitur ultima, duas alias offendit tunicas; quarum illa, quæ *Musculosa* proxima est, ex fibris irregularibus atque innumeris Vasculis laxè contexitur: altera, quæ tunica *Neruosa* immediate firmiterque adharet, constat fibris rectis secundum OEsophagi longitudinem excurrentibus, atque aliquatenus carnosis, prout in homine valde musculo clare conspicitur. Huic tunica (pergit idem Anatomicus) varys in locis glandula

la inserta sunt: unde tunicam hanc Glandulosam, alteram Vasculosam nominare placuit. Tunica intima (sunt ultima illius verba) valde subtilis est, ac prorsus Neruea fibrisque tenuissimis ac ordine vario locatis constat. Et Contrà quam tamen & contrà alios, quotquot ex *Vuillifio*, ni fallor, pelliculatim diuide re membranas corporis particulas didicerunt, insurgit *Craanen* his verbis: Quæ Anatomici nobis vulgo dant de distinctionibus membranarum, cum grano salis sunt intelligenda. Nam nostri visus acies nullo modo eó peruenire potest, ut has omnes queat ad numerum pérfectum deducere. Hoc ipsum probatur argumento exceptione omni maiore; si scilicet oculus minatur microscopio, tum facile in qualibet tunica poterimus alias plures distinguere, quod tamen non poteramus ante à effectum dare. Quamobrem (concludit indè sic denique idem sanioris Anatomie, vt & reliquæ Modernæ Physices Assertor strenvus) meritò numerus membranarum Et tunicarum nostri corporis pro incerto haberí debet: cùm componatur ex infinita fibrilarum serie inter se diuersimodè contextarum, Et contenti solumodo erimus illa distinctione, qua cuilibet intuenti ad oculum patet; ac pro indè malumus & nos in unaquâuis tunica,

*l. de Hom.  
cap. 7. de  
OEsoph.*

quæ plurifariam diuisa integra amplius non habeatur, diuersas representationes, siue facies, agnoscere, quam ex varys eiusdem aspectibus plures, & minimè tamen perfectas affingere membranas: id videlicet, quod & in *Musculosa* prædicta suprà iam exemplificatum est.

Nunc ergò quod *Nerueam*: obseruauit ha-  
nc in ea facie, quâ *Tendinosam* imprimis la-  
minam deosculabatur, vasculis circum vnu-  
dique exaratam; quorum tamen non om-  
nia sanguifera, complura etiam conspicie-  
bantur à ductibus recens à nobis compertis  
propagata, & quæ nonnunquam ob colorem  
liquidi abs se deuecti sanguiferam speciem  
præ se ferebant. Sed quod priora: credide-  
ram prima fronte sobolem esse illam arte-  
riarum venarumque, quarum nempè aliæ  
sanguinem inducerent in dictam tunicam,  
aliæ reducerent, aut reportarent; verum post  
didici mihi à præconcepta hâc opinione,  
egregiè fuisse impositum. Quandoquidem  
persecutata eiusmodi vasculorum origine,  
comperi equidem adfuisse aliquot arteriosos  
ramulos, qui ab internis Carotidibus exor-  
ti paruis ac minimis initijis ingrediebantur  
postea superiorem Gulę partem propé mus-  
culum

culum OEsophageum; at venarum tamen, quod in totum dixerim, ne vestigium quidem alicubi inueni. Solæ itaque arteriæ è sanguiferis vasculis exteriorem tunicæ Nervosæ superficiem irrigabant vñà cum propaginibus illorum ductuum, quos nouimus per externum OEsophagi tubulum ad internum irrepsisse: è quarum deinde ingressu & egressu mutuo infrá extrà primores eiusdem membranæ fibras [perindè ac si inuicem se decussarent] contexebatur denique extrinseca illa lamella, quam *Vasculam* dixit celeberrimus *Verheyenius* præfatus.

Jam verò post aliquot diuaricationes ac reciprocas, ceù tramæ & staminis, cum exterioribus Nerveæ membranæ fibris superquitationes terminabantur ad extremum dicta vascula in interiore eiusdem tunice substantiam, vbi post fibrillatim expansa scrobiculos ibidem, seù cicatriculas quasdā compingebant ab eodem Authore *Glandulas* vocitatas. Erant autem diuersigenæ istæ foveæ nimirūm triplices; grandiusculæ, minus latæ, ac minimæ; quarum postremæ ex finitionibus arteriarum resultabant, mediæ ampliores ex terminis nouorum excerniculorum

rá descriptorum , supremæ verò ab alijs mihi nundùm ritè perspectis .

XXXVJ.  
Nouij ly-  
mphæ du-  
ctus ad  
hanc tu-  
nicam.

Uisum enim quidèm fuerat , præter am-  
bas illas , debere dari adhuc tertiam cana-  
liculorum speciem , vnde demùm eiusmodi  
cauernulæ scaterent ; at quales tamen fo-  
rent hi , penitus ignorabam . Verum ad ex-  
tremum mecum ratiocinatus OEsophagum  
egere rursus viscido quodam atque vinctuoso  
humore , cuius proinde vi prismaticorum  
corporum illac fortè dilabentium iniuriæ ad-  
uersus fibras eluderentur , in suspicionem  
veni , quod sicuti ea facultas in vna lym-  
pha consistebat , ita præfati canaliculi non  
aly esse possent , quám eiusdem lymphæ  
delatores tubi . Dicere namque quod visco-  
sus humor predictus ab arteryis esset ema-  
naturus , credat apella Judæus , vt fertur .  
Mihi quippè iamdiu satis liquidò consti-  
rerat [ quod & in superioribus notificatum  
fuit ] Carotidum internarum ramulos *Ner-  
ueam* [ vt ibi pariter dictum est ] OEsopha-  
gi membranam irrigatum contendentes in  
minori tūm quantitate , tūm & qualitate  
existere , quám vt eam liquoris copiam suf-  
ficiuri essent , quæ requiritur ad eiusdem  
Gulæ defensionem . Deinde etiam noueram

Aiquit

s. l.

arte-

arteriarum extremitates [ quas medię illi ,  
*Neruae* vocatæ , tunice inniti itidem signi-  
ficauiimus ] tenuem serosamque saliuam  
duntaxat expuere , idest fluorem fibris non-  
nisi in elasticitate sua naturali conseruan-  
dis accomodum ; minimè verò oleosum  
viscidumque muccum , illum scilicet , cuius  
præsidio opus esse constat ad angulosorum  
corporum deglutitorum figuram protelan-  
dā . Quamobrèm in ea sententia confirmatus  
maiores illas in medioxuma *Neruae* mem-  
branæ parte obseruatas cicatrices stigmata ,  
velut esse à lymphæ-ductibus ibidem desinen-  
tibus relicta , in ipsâ vtique acquieuissem : nisi  
ex alia parte scrupulus injectus fuisset , quòd  
audiueram ( est enim hoc ab Anatomicis vul-  
gatissimum ) vasa lymphatica è membra-  
nosis partibus in sanguifera immediatè ref-  
undi vt plurimū , aut mediatè , per glan-  
dulas conglomeratas ; non autem vice versa :  
vndè adeo patebat dictas foueas initia po-  
tiūs esse posse , quàm terminos ductum eius-  
modi lymphaticorum . Hoc igitur motiuo  
excitatus rem non aliter , quàm experien-  
tiā ipsa declarandam censui . Et verò , quan-  
diù ista in viuentibus tantummodo cele-  
brari deposcebat ( hominemque vivum pro-

scindere impium est] tandiù indago eiusmodi ad bestias translata. Secui ergò Vitulum quem edacem, animal quôque noueram ari-  
dis vesci solitum: vtque ipsius Iugulum om-  
ninò apertum est, enī video binas glandulas  
siuè potiùs duas glandularum conglomerata-  
tarum series, vtrinque ab OEsophago vn-  
nam, colore Thymum referentes, vt &  
substantiâ, quæ itidèm *Vesiculosâ* cerneba-  
tur; descendere prætereá hinc indè ab vtrō-  
que Pharingis latere, seque demūl vltrā  
medioxumam eiusdem OEsophagi regionem  
extendere crassitie nunc maiori, nunc mino-  
ri, & quæ interdùm pollicem superbat.  
Quibus spectatis abstuli vnā cum his glan-  
dulis totum etiám OEsophagum, hisque  
post ad Solem obuersis (pulchrum visu!) ob-  
seruaui binas rectas lineas innumeratas paral-  
lellas procedere hinc indè ab illa catena glan-  
dularum conglomeratarum præfata, atque  
obliquè tendere in OEsophagum adeò, vt po-  
stremæ omnium se se plūs mediâ spithama  
infrà eiusdem Gulæ medietatem exporrigi-  
rent, antequâm ipsius substantiam ingre-  
derentur: continere itèm in se singulas illas  
binas lineas humorem quendam limpidum,  
idest diaphanum, aut pellucidum, qui que  
ligatis

ligatis aliquot eiusmodi viarum supernè turgescebat, infernè verò vacuas easdem derelinquebat. Hunc ergò succum quis negasset esse lympham, dictaque linearum paria esse totidem vascula lymphatica? Quis, inquam, dixisset, posita istorum obliquitate, lympham illam deorsùm non tendere, aut, stante mox indicatâ ligatura, ad OEsophagum non properare? Sed dices utique in Vitulo hoc ità contingere proptèr specialem partium dispositionem: secùs autem in homine.

Ad quod resp. inesse etiám in homine tales glandulas. Ettenim inter musculos capitis (inquit Petrus Dionis) Cervicis que spinam versus Thoracem descendendo plurimæ occurruunt glandulae à latere Colli sitæ, quas adeó Iugulares appellamus, vel quoniám eiusdem nominis vasa comitantur. Variarum sunt figurarum, aliæque maiores, aliae minores sibique mutuò connectuntur membranis & vasis. Et sanè hę glandulæ similitèr Vesciculosæ colore etiám cum Vitulinis præfatis ità consentiunt, ut amborum animalium, quoàd hanc partem, sit quasi indiscreta similitudo. Sic etiám in homine superiores Iuguli glandulę molliores magisque pallide, inferiores magis rubræ

XXVII.  
à Glandulis Ju-  
gularibus  
Conglo-  
merat.

Demonst-  
rat. An. 9.

bre conspicuntur, perindè nimirùm atque in Vitulis obseruaueram Iugulares illas extitisse. Quę cum ità sint; cum videlicet *Iugulares* hominis glandulæ substantia, colore, numero &c. cum glandulis Vituli itidem *Angularibus* penè conueniant, cūr non reputauerim istas eodem atque illas (*Vitulinas*) officio fungi? cūr, inquam, non reputauerim maiusculos illos scrobiculos in tunice *Neruea* meditullio obseruatos, cēù latiora puncta alijs angustioribus intermixta, vestigia fuisse vasorum lymphaticorum ibidem sic, vt de alijs dictum fuit, conterminantium &c.?

Tandem verò his punctis siuè cicatriculis maioribus, quemadmodùm & alijs minoribus, quotcunque scilicet ex arteriarum, nec non excretiorum ductuum recens à nobis compertorum finitionibus fibrillatim (vt səpiùs etiám repetitum est) expansis resultabant, supersternabatur instar operculi ea lamella, quam solam *Nerueam* nuncupat *Verheyen*, ac nihil erat aliud quām fibrarum neruofarum simul coalescentium firmior contextus à Faucibus ad Ventriculum usque continuus, & in quo passim, præcipuè verò in rugosis vallibus, oscilabant

labant quidam parui meatus, siue pori subiectis vessiculis, ys nimirum, quas descripsimus, ex diametro correspondentes, & sic demum glandulas constituentes illas, quas hinc Doctissimus mihique medullitius charus Laurentius Terraneus Noster Disgregatas, inde famosus Litrius Sebaceas, plerique verò Conglobatas vocant: & sunt, quæ ex una quasi substantia conflata perhibentur, ac superficiem habent aqualem. Huiusmodi autem glandulæ vniuersim eructabant in OEsophagum recrementa illa, quotquot diximus è Conglomeratis cum Vasculo-vesiculosis, tum omnino Vesiculosis defluxisse; vnde adeò & interior eiusdem OEsophagi facies non mucore dunata, sepè etiam flavo vdore tincta comperta est.

Quod superest de Nerua membrana: hanc in superiori parte subtiliorem, in inferiori ac versus Ventriculum paulo crassiorrem inueni; quod posteà & ab Amato Bourdon ad notatum inuentum hic pariformiter innuere volui.

Denique perforatæ illi Nerui velaminis lamellæ intus obducebatur quedam Crusta Vuillofa, que totam OEsophagi cavitatem veluti lanugine quadam inuestiebat. Hac

M

Crusta

I. de Gland  
ad Urethr.  
am Virile.

XXVII  
Crusta V.  
uillofa

*Crusta* [ ait demum toties laudatus , at nunquam tamen satis , Eruditissimus ille *Philip-  
pus Verheyen* Vir , mehercle dignus , quem reliqui Prosectores imitantur , quemque ipse horum licet minimus sequi repergo conatus sim tum in vniuersa Anatome , tum verò imprimis in Oesophagi structura perdiscenda , vt potè quam is , meo quidem iudicio , clarissimè omnium exposuit , ac felicissimè perfecit ] *Hæc* , inquam , *Crusta* illa *Ventriculi* , & *Intestinorum* longè quidem tenuior est , attamen firmior , atque etiam pro distincta tunica haberi potest : interim hæc *Cru-  
sta* ex albo tunicarum deleta . Cætera , vt Nervorum ad hucusque recensitas Oesophagi tam partes , quam appendices , influentium diramationes , tanquam ab alys fusè tradita consultò duxi prætermittenda .



# SECTIO SECUNDA

## DE HVMORE VERO DIGESTIVO



Xpeditus ab Anatome supèr officia partiū eo , quem retulimus , modo dissectarum meditari , quidque hæ , quidue illę valeant cùm seorsim , tūm coniunctim perscrutari , vtcùnque sedulò , non sum grauatus . Is enim certe erat , quem ego fructum ab exercitatione illa speraueram vberimum , & ex quò planè , cognito priùs *De gluttonis artificio* , haud diffidendum erat quin *Chylificatione* facultatis intellectio pariter ad me tandem esset peruentura . Quo proptereà illico tractus rem nonalitèr augrandam duxi , quām sub eo ritu , quem in superioribus seruaueram : et sic porrò membrane *Externae* [ de qua nempè & ibidem priore loco verba fecimus ] proprium munus esse existimauī , vt *Musculosam* immediatè sibi subditam , velut theca quæ-

J.  
Ufus tu-  
nicæ Mc-  
mbranosa

dam includeret in se atque absconderet, ne ab extraneis effluijs perculsa ista hæc in abnormes motûs aliquandò ageretur: siue, quod libentiūs dixerim, idem propemodùm præstare censui in OEsophago Membranosam tunicam, quod & in alys Musculis eorumdem membrana propria.

I.J.  
vt & Mu  
sculosæ

Hinc quod *Musculosam*, totalem istius actionem receperam in eo consistere, quod OEsophagum constringat, quotiescumque aliquid ab eodem venit protrudendum in Ventriculum, *idque potissimum præstare* ( verba sunt perpetuò illius Professoris Louaniensis ) ope fibrarum annularium seu ordinis interioris, in quas spiritus successuè influentes materiam deglutiendam ad Ventriculum diducunt; fibras autem exterioris ordinis, seu longitudinales, videri sua contractione OEsophagum dilatare fortassis, ut transitus pro materia deglutienda sit liberior. Verum ipse (quod & pridem fassus sum) haud diù huiusmodi dicto audiens esse potui; quod nimirūm aliud suadere viderentur hinc negatiuæ rationes item aliás [idest initio sectionis precedentis] aduertæ, indè verò positiuæ, inter quas vel illa est ., quod Mechanicen, quâ cibos in Ventriculū protrudi fertur, noueram penitus

misb

S M

in-

inuersam esse. Quandoquidem sanè non sunt annulares fibræ, quæ OEsophagum constringunt; sed longitudinales, vt quæ illarum à tergo positæ Antagonistarum vices supplent. Et de facto: quomodò annulares semel dilatatae dimensionem vel naturali minorem occupaturæ essent eam, inquam, dimensionem, quæ requiritur pro OEsophagi constrictione? nisi ex alia parte rectæ, idest longitudinales, quæ prioribus superpositæ easdem comprimere ac veluti diuerberare videntur, ipsas cogerent ad fumgam, siue ad repentinam introrsum, unde discesserant, reditationem. Prætereá neque longitudinales dicendæ sunt operari OEsophagi dilatationem; sed materia ipsa de uoranda. Hec enim eiusdem parietibus interiecta, sicuti reliqua, quidni annulares *Musculosæ* tunice fibras ampliet atque extendat? Cum igitùr ipsos in describenda genuina ciborum protrusionis mechanice, sibi-met contradicere compererim Anatomicos, meritò etiàm in suspicionem venire debui, an officium membranæ *Musculosæ* secundùm omnes suas partes perspectum fuerit?

Nàm 2. monebat idem complurium can-

M 3

liculo.

III.

Officium  
nouoru-  
dum

liculorum ( eorum videlicet , quos in *Anatomis delineauimus* ) transitus per *Musculosam* tunicam præfatam . Hic enim aliquid ab eâdem exposcere videbatur , vel ali- quid in eandem importare ; vtrouis tamen minimè sub eo dicto , ac ne per somnium qui- dém adumbrato .

IV.  
nec non  
trochlear-  
am:

Ac 3. denique ingens illa trochlearum in eâdem *Musclosa* membrana itidèm reper- tarum multitudo , quæ exactè respondebat numero ductum supradictorum . Siquidèm videbatur has nequaquam in dictè ci- borum protrusionis gratiam fuisse efficas . Quibus sic stantibus , credidi potius usum præfatæ tunicae completum consistere in eo , quod non tam alimenta conduceat in Ven- triculum ; verum etiam quod , inter didu- cendum eadem , humorem quendam è recen- sitis siphunculis depromat atque in Oesoph- agum emulgeat id , quod indicant primò ro- bur , siue complicatio fibrarum carnearum talis membranæ .

V.  
Cùr OEs-  
ophagus  
diuisibi-  
lis in du-  
os tubos ?

Tùm verò illa seiungibilitas , hoc est reciproca tubulorum Oesophagi alterius ab altero separabilitas , adeoque & realis *Mus- culosa* prædictæ à *Nerua* membrana discre- tio , vt quæ aliás frustranea , imò ciborum pro-

protrusioni contraria existeret: cum verò eadem *Musculosa* membrana se habeat instar manus, quæ designata vascula emungat, aliquatenus libera esse debuit à *Nervosa* subiecta, ut nimirum dictum mulctrationis opus absque impedimento perficiat.

Vt igitur receptui canam, & singulas laudatæ tunicæ actiones ordine digeram, dicā  
1. Nutrimentum ( aut quidquid aliud sit, quod in Ventriculum adsportari petat) vbi  
è Pharyngis constrictorio musculo in Gu-  
lam coniectum est, annulares eiusdem me-  
mbranæ fibras natura sua elasticas, idest id-  
oneas vicissim contrahi ac dilatari [ vtpotè  
nimirùm tendinosas ] in solitò ampliorem  
peripheriam extendere. quamobrém longi-  
tudinalibus etiàm extrorsùm compulsis, vt  
proinde hę, quæ prioribus minus sensiles,  
quatinus carnosiores, in statu illo violento  
contineri nequeunt, ad pristinam rectitudi-  
nem redire nituntur, fit, vt subiectę orbi-  
culares ( quas, vtpotè contractiles, ad nu-  
tum veluti obtemperare diximus ) intror-  
sūm pariter cogantur ac flagellentur. De-  
indè quòd ampliatis in ea expansione tro-  
chleis prefatis ac versùs Conglomeratas gl-  
andulas á nobis descriptas magis adactis,

lon-

longior excretiorum , quæ ab his sunt ,  
quæque per illas transeunt , vasculorum  
mensura ab ysdem trochleis excipiatur , di-  
mittaturque inuicem in ea contractione ,  
quæ in *Musculosa* tunica fit , compresso ,  
vt dictum est , ab exteriori , fibrarum car-  
nosarum ordine interiore . Ac postremò ,  
quòd simùl concidentibus eiusdem membra-  
næ parietibus , sicuti alimenta deorsùm  
gliscere debent , inuitante ea insuper inter-  
na Gulæ lubricitate , vt liquet , itá etiàm  
exurgeatur ille humor anteà in siphunchu-  
los memoratos per trochlearum expansio-  
nem illectus . Vt autem descendens cibus  
passim atque vbique nouas eiusdem *Mus-  
culosæ* tunicæ tum dilatationes excitat , tūm  
contractiones , sic vbique etiàm liquorem  
prædictum allicit in OEsophagum ampli-  
tèrque haurit , imbibitue . Cœterá , tanto  
citiùs descendunt alimenta , quo velociùs  
fibrarum memoratarum regressus fit ad suā  
lineam , itèm quôque quò fortius . Longitudi-  
nales quippè (vt ab his exordiar) non anté ad  
perpendiculum consistunt , quàm , velut in  
compensationem illatæ violentię , intror-  
sùm penetrauerint , vt fideculæ in Lyrâ  
distentæ , quæ aliquorsùm distractæ , subin-  
dèque

déque dimissæ angulos ad oppositum latus constitvunt eò intimiores, quò eas longius à libella sua semoueris; sic igitur illæ, hoc est longitudinales fibræ, si á crassiore bolo vim perpeſſæ fuerint. Annulares verò, vtvt insitâ contractilitate sua maximèque ob instantiam siuè pressuram, quam á longitudinalibus sibi velut incubis aliquandò receperint, se se in gyrum contorquere valeant minorem eo, quem aliàs describere confueuerunt; nihilominus sicubi ob vehementiorem causam plūs iusto exorbitauerint, vt vimina, vel ferreæ laminæ quædam in circulum ductæ magis in arctum cogentur, & quarum nempè extrema antè se se mutuò tangentia, post ab inuicem longè secluseris. Hinc igitùr etiam, quod respicit expreſſionem fluidi supradicti in OEsophagum: palam est, prout contractio annularium fibrarum mox nominatarum maior, aut minor, velocior, aut segnior fuerit, hanc etiām vberiorem, aut sicciorē fore. Quippè cùm non detur contractio absque quòd præcedat dilatatio, vt nouimus; quemadmodùm proindè in insolenti dilatazione eiusmodi vuillorum insignitèr etiam āpliari debent trochleæ in eâdem *Musculosa* membrana existentes, & per consequens con-

suetò maiorem excretiorum ductum, qui præfatum succum deferunt, portionem in uaginare: sic & in pressiori contractione talium foraminulorum diameter magis angustetur necessum est, ac minimula emunctiorum memoratorum pars ab ysdem retineatur; hoc facto quidni grandis paritè succi redundantia succedat ex illis excerniculis, hoc est ingens istorum pressura? è contrà verò si talis contractio languida extiterit, aut lentè sollicitata.

Quæ cum ità sint: cum, inquam, stante fibrarum eiusmodi dilatatione ac constrictione mutua respectu ciborum in Oesophagum intrusorum, non tām hi propellantur in Ventriculum, quām præterea exprimatur in eandem Gulam ille succus, qui per canaliculos à nobis recensitos, ceū per totidem epistomia, depromitur, in eam denique sententiam descendi, vt existimauerim officium tunicae *Musculosæ* prædictę, nedūm in sola protrusione alimentorum, vt hactenus putauerunt Anatomici; consistere vel potissimum in eo, quod qua ratione ista diducit per Oesophagum, eā simul emulgeat in hunc illud liquidum, quod à glandulis Conglomeratis per nos suprà designatis excrenitur.

His

His sic consideratis , haut immeritò sanè suspicatus essem protinus tale recrementum , quòd nonnisi *Deglutitionis* tempore in Gula- lam alliceretur , quòdque adeò meram ciborum videretur affectare commisionem , intendere propterea insimùl istorum *Digestionem* . Verùm , quandoquidem propositio hęc noua , paradoxa etiam prima fronte visa est , non alienum iccirco duxi suspendendā saltēm quoad certior de eā factus ab alys deindē minūs temerarius putarer . In quem finem primō in memoriam reuocauī quatinus dictus liquor è Conglomeratis glandulis proficiscebatur non qualibuscunque ; sed tantummodò *Vasculo-vefficulosis* . Hoc enim me multūm in opinione illa confirmabat . Quippè si tales sunt dictæ glandulę , non lympham ( quemadmodūm aliàs item significatum est ) generare potius debent aliquod fermentum , quod speciali quodam Corpori auxilio sit , vt Hepar , Pancreas , Testes , quæ inter *Vasculo-vefficulosas* glandulas principem locum tenent . Insupèr *Vefficulosæ* omnes , aut quotquot lympham vndequaque affluentem recolligunt , instaurant , aut distribvunt , internè surculis non exarantur , vt neque externè elices habent ,

qui ab illis surculis viginem deriuent; sed loco istorum innumera vascula hinc illinc irradientia, & quæ demum in actu frigidis cadaueribus amplius non obseruantur: *Vasculo-vessiculosæ* verò utrobique colliquias suas habent duras, membranosas, & vel post diutina fata superstites. Demum, quiá istarum textura compacta, illarum tamen flaccida spectatur, vt de mollitie quasi cum pinguedine certet. Ob quam rem porrò, si dixissem Conglomeratarum utriusque generis idem munus existere, nempè ut lymphā suppeditent, haud parùm conscientię meę fuissim reluctatus. Cautè igitur distinguendum inter has, & illas, & quo saltem ambarum officia non confundantur. Ceterò nomina hęc (*Vessiculosarum* & *Vasculo-vessiculosarum*) netibi fortassis novum quid audiant, aut commentitium, accepi ab amantissimo Magistro meo, D. D. *Petro Chirac* Archiatro ac Professore Regio *Monspeliense* [cui adeò gratam ipsius meritis memoriam, donec latiora & quæ nominis indicinam non defugient, monumenta mihi succrescant, seruabo deuotus] ijsdemque, vt & alys plurimis ipsius inuentis usus est alter eiusdem Discipulus *D. Bedeole Genevensis*: quicquid nihilominus ipse

ipse vocum eiusmodi significationem ad alias glandulas traxerim , ad quas illi non trahunt . At quicquid de his sit , liquet manifestò glandularum Conglomeratarum ut substantiam , sic & diuersum esse usum , glandulasque à nobis recensitas multùm differre ab ys , quæ lympham suppetunt : liquebit tamen hoc amplius , si vniuscuiusque indolē ac proprietates quisquis rimari , ac tanquam sui iuris facere non dignabitur.

Nàm quod *Gastricas* : nihil in Authorum Cōmentarys uspiām assequi potui , quod mihi ipsarum habitudinem inuestiganti facem potuerit præferre , fortè quòd ex receptissima illa , & tamen impostoria regula , tales glandulæ putatæ sint habere se instar receptaculorū , quę lympham è vicinis partibus absorptā in venas transfundant , aut in alias cavitates . Verūm hoc quantum à Veritate distet , in superioribus patefactum est . Supereft ergò mihi , vt iuxta ibidèm enuntiata demùm concludam dictas glandulas *Vasculo-nessiculofas* existere adeòque tales , vt nonnisi peculiaris cuiusdam fermenti segregationi incumbant : at quale autem sit huiusmodi fermentum non ità facile fuit determinare , cum resultet ex particulis ab arteria iniectis ,

Essays d'  
Anatom,

VII.  
*Gastrica-  
rum.*

ac per iteratas filtrationes in glandulis subtilisatis; tantum ex gustu conycere fas fuit esse ipsum subtiliter salsum adeo, ut à lympha longe latèque, ut aiunt, distet.

VIIJ.  
*Dorsalibus.*

Demonstrat.  
rat. Anat.  
tom, 6.

*De Dorsalibus* autem redit cantio: si glandule (verba sunt hec clarissimi Petri Dionis) qua sunt in *OEsophagi* parte posteriori, quasi pulvinaris vicem ipsi tantummodo præstarent, ut antiquitus dicebatur, ut scilicet obstante, ne vertebrarum duritie laederetur; natura glandulis in totam eius longitudinem ei prospexit: verum longe alius est eorum usus, quandoquidem humor cuidam viscose segregando inseruiunt, quo oblinitur & humectatur illius cuitas, ut faciliter descendant alimenta, quatinus lubricorem illum ductum efficiunt. Sic etiam, vel ante illum, opinati sunt *Bartholinus*, *Bourdon*, *Vvarthonus*, atque è Recentioribus *Philippus Verheyen* & alij passim. Contra quos tamen non defuerunt, qui dimicare ausi sint, posterioremque sententiam velut parum ad rem facere compertam refellere non dubitauerint ut *DiemorbroeKius*, qui sequentia effutit. Nonnulli has glandulas non tantum *OEsophagum* exterius irrigare: verum etiam eundem ad faciliorrem Deglutitionem interius humectare credunt. Verum cum neque extrinseca ista irrigatio

Anat. I. 2.  
s. 16.

tio necessaria sit, neque ullus transitus versus interiorem Oesophagi cavitatem protendatur; satis patet illum non esse earum usum; sed illas potius lymphaticum liquorē colligere, vel ex vicinis partibus exsorbere, eumque per lymphaticos ductus chylo affundere Atque hinc porrò Viri primores quos opinio de lymphē collectione in glandulis parūm, quin effascinavit, dūm varié intèr se disputant, neglecta interim Veritatis indagine, in absurdā rapiuntur Nos igitur, quibus, Deo sit laus, talis Cynosura illuxit, cùm nouerimus Dorsales glandulas prefatas reuerà Vasculo-venificulæ sua proindè emunctoria Oesophgo concedere, quî decertabimus admissuri, quod eadè fermento aliquo proptereà scateant, quod & Deglutitionis tempore in Gulam illectum, ciborum consortium affectet? Declarabat enim hoc ipsius-met humoris in sua scaturagine obseruati sapor. Quippé degustatus visus est quandam salsuginem post se linquere ei similem, quam vrina sapit: similiter & color. Is enim oculis plerūmque album se se statuit; & quę duo tamen nec lymphæ, neque sero conueniunt.

Succedunt intereá istis Bronchiales glandulæ; de quibus obstupueram ab Anatomis,

IX.  
Bronchia-  
lium,

Edit. Lou-  
uan. 1706

cis, præsertim Pneumographis, inter quos  
 emicant preclara illa duo Medicinæ lumina  
 (*Malpighius & Willis*) nihil hactenùs seræ post-  
 eritatis memorię mandatum: quamuis non  
 diù post compos factus libelli cuiusdam *Ver-*  
*beyani*, idest Appendix ab ipso Authore calci  
 Operis sui Anatomici annexæ, inueni ad  
 extremum non tam superiorum, quas des-  
 cripsimus; sed & inferiorum complurium,  
 imò innumerarum mentionem factam fuisse.  
 Sic enim is: *In Anatomia*, inquit, *Pulmonum*  
*& Asperæ arteria passim offendit, ac spectatoribus*  
*demonstravi quasdam glandulas prima Asperæ*  
*arteria divisioni, primisque eius ramulis adia-*  
*centes: at nuper cum substantiam Pulmonum ab*  
*Aspera arteria eiusque ramis, seu bronchys sepa-*  
*rarem, magnum reperi eiusmodi glandularum*  
*numerum se deinde in omnibus, que secui ca-*  
*daueribus constantè offerentium &c. Et paulo*  
*post; adiacent, subdit, glandulae ille potissimum*  
*divisionibus Asperæ arteriæ & bronchiorum;*  
*alibi tamen etiam incumbunt illorum lateribus,*  
*quod maximè obseruauic circa ramos maiores &c.*  
*Ob quam rem non mediocriter latus sum*  
*porrò, & cum viderim inde ostentum iri*  
*aliquando posse Lectori meo candido quati-*  
*nus quicquid in superioribus abs me propo-*  
*situm*

situm est, id non in folle omnino, partim etiam tanquam ab alys Annatomicis me ipso sagacioribus anteà olfactum oblatum fuerit: licet ex alia parte nec minor deinde tristitia in me defluxit, ut mox legi munus *Bronchialium* eiusmodi glandularum, prout ab eodē *Authore* traditur, nihil differre à munere aliarum hactenùs recensitarum. Ecce enim quemadmodūm de illo loquitur *Verheyen*: *Cum glandularum officium sit, inquit, separare certum aliquem liquorem à reliqua massa, hoc etiam glandulis modo descriptis concedi debet. Verum qualis sit liquor ille, quorsumque tendat, non ita clarū est. Interim vix dubito, quin per basce glandulas separetur humor ille unctuosus, quo oblinitur interna bronchiorum superficies, ne ab aere sicciori reddatur nimis arida & aspera &c.* At verò quantoperé inter se discrepent *Bronchiales Superiores* à reliquis satis supèrque demunstrat autopsia. Nos itaque attento quòd eadem plurimūm de *Vasculo-uefficulorum* natura participant: quòd itèm nullum vasculum inspectum est ab ys concedere in Bronchiorum cauitatem, obstruentibus nimirūm viam qualemcunque annulis eorundem Bronchiorum cartilaginosis, qui simul arcte admodūm commissi sunt; imò è conuerso quòd

complures conspecti sint, qui ductus vnà coalescendo distribuebantur ad extremum bifariā ad Oesophagum, vt antè fuit memoratum, maluimus proptereá eas tueri partes, quę suadēre videbantur vnc̄tuosum illum talii glandularum humorem in Gulam potius, quam in Pulmonem instillare; licet ex alia parte, de alio, scilicet è reliquis in Bronchiorū extremitatibus inuentis glandulis, transfundante, facile contrarium opinaturus essem libenterque *Verheyenij* sententiæ subscriptissem. Cœterò talis liquor, aut quiuis è predictis siuè posteriorēm superioris, atque imprimis dextri Bronchy partem occupantibus glandulis scaturiebat, congener erat illi, qui à Parotidibus expuitur atque à Tonsilis: idèst [ vt benè adnotauit totiès citatus Author ] in dolem redolebat vnc̄tuosam, siuè oleosam, fortè & quòd Natura exigeret huius etiā farinę succos alimentis in *Deglutitione* cōmiseri.

X.  
Prima di-  
visionis  
Aspera a-  
rteria

Dispar nonnihil ab hoc visus est deinde qui humor è glandulis ad finem truncī, siuè in principio primæ divisionis Aspera arteriæ existentibus exprimebatur, nempè aliquanto olidior, ac magis falsus; id profectò quod ex eo procedere posse censui, quòd huiusmodi glandulæ magis compactæ erant alijs

alys postremo loco recensitis, & quòd nimirum plùs ad *Vasculo-vessiculosarum* constitutionem accedebant. Quocircá, & quià vel ex hoc facilé fuit augurari quemadmodùm illud vasculorum par iuxtà easdem atque intrá vtrumque *OEsophagi* tubulum repertum, ductus erant ipsarum glandularum excretory, coniectatus sum proindè harum officium idem esse atque aliarum hactenùs enuntiatarum, siuè quòd & iste fermento quodam armoniacali, aut vrinoso depluerent in *OEsophgum*.

Nunc quòd *Tracheales* abs me vocatas; has in eâdem nauis esse noui, in quâ & aliæ præcedentes: nempè in obliuione hominum sepultæ eatenús fortassis hanc sortem obire debuerunt, quòd prò lymphæ receptaculis habitæ in reliquum negligendæ fuerint: quamuis apud me, qui illarum fabricam indagare non omnino perfunctoriè conatus sum, longè maiorem considerationem promerri uisæ. Quippè, quatinus aut *Vasculo-vessiculosæ* compertæ sunt, aut *atro-luteæ, carneæ, sanguineo-adiposæ* &c., palam est nulla pollere facultate, quæ requiritur ad lympham excipiendam, generandam, aut alio quôuis modo reficiendam &c; verùm potius

XJ.  
*Trachea-*  
*lium.*

quòd alio munere fungantur , siuè quòd fermentum exhibeant, quod ciborum concernat affectionem. Et de facto *Vasculo-vesiculosæ*, aut *Parenchymatosæ* glandulæ tali menstruo humescebant albido , quod interdùm degustatū inuentum est vrinam sapere , aut quempiam alium succum è genere armoniacorum : licet planè [ vt fatear quod res est ] his ego saporibus haud multùm fido , cum non fallat ipsos post hominis mortem , nedum post quamlibet istius ægritudinem , plurimum variare posse. Sed quicquid de his sit : innotuit certè mihi menstruū illud muriaticū longè aliud , quàm lympham redolere , ipsumque porrò guttatum fluere in Oesophagum per illos canaliculos , quorum vestigia in eodem Oesophago sumus assecuti .

*Carne* autem glandulæ , ne & ipsæ lymphæ præfici , seù præesse dicantur , facit , præter colorem earundem , etiàm substantia . Neque enim quis facilè autumabit à Carne lympham gigni , aut renouari ? Cum verò in comperto habuerim emunctoria glandularū præcedentium , nempè *Parenchymatosarum* in has inseri , perindè quasi illarum liquor per istarum substantiam filtrari consuesceret , arbitratus sum porrò ab his glandulis conciliari

liari aliquam vim vrinoso priorum recre-  
mento , qua mediante istud dissoluatur acu-  
etur , aut alio quopiam modo alteretur . At-  
que vt noscerem , nūm iudicium hoc temerè  
abs me elicitum fuisset , nec né ; exploraui  
aliquandò in Vitulo *Iugulares* glandulas ,  
de quibus *suprà* ; cumque in dextro ad  
OEsophagum latere aliam sub *Iugulari* per-  
lustrasse glandularum Conglomeratarum  
catenam , mouebar desiderio sciendi quid  
hæc præstaret glandula tām oblonga ,  
quidque elaboraret . Secui ergò ipsam ic-  
circò medianam , inspectōque , quòd ab eius-  
dem apice exoriebatur internè quidam du-  
ctus membranosus , qui medioxumam ru-  
rsum talis glandulæ regionem in longūm  
mensurando aliquosque hinc indé ramusculos  
minores excipiendo sensim augebatur instar  
Pancreatici canalis , perrexi inuestigare ubi-  
nām tandem eiusmodi tubus occideret ?  
Quamobrem introductâ in istum seta , huius  
progressum curiosè contemplabar . At vix  
sanè è glandula egressa erat seta hæc , cùm  
protinus allisit ad tuberculum quendam  
rubrum toti eiusdem tubuli cauitati obiec-  
tum : quem posteà ipse attentè sciscitatus ,  
inueni tandem tuberculum esse carneum ,

*Sedt. I.  
Artic. 26.*

intensè rubrum , & per quem humor à prælibato ductu delatus totus omnino filtratur: inditio existente hoc omnimodè filtrationis, quòd nimirum latex ille anteà albescens instar lactis, post efluxum ab eo tuberculo colore velut flammeo rutilabat. Hoc itaque perlustrato cùr de munere *Carnearū glandularū* supradicto ulterius ambegissem?

Jam verò, vt istarum officium tale creditū est, nempè vt priorum, idest *Vasculo-vessiculosa* cum succum sale aliquo imbuant, atque imprægnent, cuius deinde ratione hic maiorem energiam nanciscatur; sic & de *Sanguineo-adiposis*, *Atro-luteis* consimilibusque glandulis deliberatum: impertire nimirūm has eidem succo aliud sal, cuius operis in illa canarium, quę à *Vasculo-vessiculosis* prefatis ad Oesophagum tendunt, longitudine ac strictura in debita crasi, aut dissolutione sua contineatur, vtque ritè preparatus idoneus euadat se se intimè coniungere alimentis per eandem Gulam percurrentibus, easque partes implere, ad quas idem à Naturâ fuit destinatus. Hinc etiām Succenturiatæ glandulę, Lien & similia alia tale quid præstant respectu sanguinis; prout mihi à consummatissimo Viro ac Magistro meo D. *P. Chirac* Professore

fessore *Monspeliense* iam alibi laudato exemplis ac demonstrationibus sepius inculcatum fuit : sic itidem *Atrę glandulę respectū lymphæ*, de qua tamen, ut vt obseruatione mea peculiari, non est aptus hic differendi locus.

Supersunt glandulæ *Thyroidæ*; quarum officium iterum, ex consuetudine iam recepta, esse perhibetur, ut pingui quādam & viscosa humiditate perpetuò stillent pro externa Pulmonalis fistulæ humectatione: verum cum hic usus [ subintrat hic statim Diemerbroek) parum ad rem facere, & Larynx extrinsecus tali indigere irrigatione [ vti plures somniarunt) non videatur, potius animaduertendum censeo (nota ipsa eiusdem verba) an-non aliqua vasa saliualia ab ys exeant? id videlicet, quod nos in præcedentibus prestitimus. Quandoquidem exploratum habuimus complures paruas ac fistulosas fibras procedere hinc in dñe ab utrōque latere eiusdem glandulæ (Simplicem enim nouimus, quam aly duplicem stabilire solent, glandulam *Thyroidæam*, vt de hoc pluribus etiam alias disputatum fuit) præsertim verò ab utrōque ipsiusmet glandulæ angulo exteriore; & quædemum caput ingerebant in *Oesophagus*

XII.  
*Thyroidæ*

I.2. Anat.  
c. 16.

*Aduersa  
natom. pr.  
im. pag.  
30.*

*Sect. 3.*

gum circà musculum Pharyngis constrictivum. Quo posito, qui neget munus talis glandulæ in eo consistere, quod suvum recrementum Gule ministret? Talem quôque sententiam protulisse visus est *Morgagnus*, dûm in hæc abit: *Ea cum ita se habeant, si porrò ad notum respiciamus Diuni Opificis institutum in salivalibus, in muccosis Vrethræ abylique glandulis propè aut subter musculos ipsis humectandis partibus subseruientes, opportunissimè collocandis, nonnè, Sodales, sic videtur facile à Thyroidæa ductum aliquem promitti aut in Pharyngem atque OEsophagum, quos nempe ab lateribus illa attingit Sc.* At quale demùm sit illud recrementum, quod nempe à præfata glandula sequestratum post illabitur in eiusdem Oesophagi cauitatem, nundûm equidem audeo dicere: *inferius*, vbi de eiusmodi qualitatibus sermo necessariò instituendus erit, vltrò importunus existam.

*XIIJ.  
Vfus Thy  
mi,*

Namque hîc interim pluribus satisfacendum est, vt si quæras vndè interiorem Laryngis, vt & reliquæ Tracheæ humectationem earundemque aduersus aerea spicula tutamentum auspicaturus sim, si *Tijroidæa* glandula & coeteræ hucùsque memoratae suos

*OE-*

OEsophago impertiuntur riuos. Ad quod propterea resp: esse alias glandulas easdemque *Vesiculosas*, quibus hęc prouincia demandata est: imprimis verò esse quandam Carunculam, ceū glandulam pinguedine tectam, quę Epiglottidis parti gibbosę, siue dorso, inferiùs incumbit; rursùmque plures alias minores glandulas partem ipsius Epiglottidis concauam obsidentes, quæ dicitam cartilaginem (*Verheyenium audis*) & verosimiliter *Trachea cavitatem irrigant*. In reliquum autem *Thymus* est qui, maximè in pueris eiusmodi negocium expedit. Quippè, cum eā etate sanguis naturā serofusus Cordis thalamos aptè satis dilatare nequeat, ut per successiuā deindè constrictionem ad extrema paruarum arteriarum, præcipue *Bronchialium*, quæ minimę sunt, capillaria adhuc tenella, ac nundūm debitē actuata pertransfeat, fit vt *Thymus* ē vicinis Carotidibus latè imbibens illius serum, hoc posteà per proprios canales lymphaticos erroget in *Tracheam* atque in *Pulmones*: at non sic verò in Adolescentibus & Senioribus. Siquidèm sanguis, qui in his, salibus ac sulphureis particulis turgens Cordis motum alacritér ci-  
ère valet, vt proindè *Bronchiales ramos* tum.

iām probē distentos omnimodē metiri potest , dicto diuersorio [ velut spongiā ] opus ampliūs non habet , à quo quantulacunque ipsius portio excipiatur ; Verūm rectā vnā cum omnibus suis elementis migrat in arterias : vbi mōx lymphā & sero in longin-  
qvum ( vtpotè idonea gliscere ) seorsim ta-  
men allegatis , vtrumque tandem pellit in  
Tracheam per *Sebaceas* glandulas in finibus  
arteriosorum capillarium , nec non lymphæ-  
ductvum existentes , atque in dictam fistulam  
apertas : in quo quidém casu *Thymus* munere  
suo defunctus reuertitur in se , id est decrescere  
incipit atque emaciatur . Et sanè rem itā se  
habere respectu *Thymi* docet imprimis ipsa  
*Bronchialis* arteria , vt quæ in Prætextatis cō-  
peritur non , nisi delineata : deindè illa vocis  
mutatio , quæ eandem prætextam exuenti-  
bus contingit ex lympha veteres cuniculos  
deserente , ac nouos fodicante . Sunt igitùr  
*Thymus* medys lymphæ-ductibus , atque in  
Adultis etiam *Sebaceæ* glandulę medys *Rhuy-  
schianis* rivulis , quę Tracheæ vltériūs prouiden-  
t , ne siccescat : Pulmoni verò denique suc-  
currunt tūm eæ *Conglobatae* , quæ in extremita-  
tibus Bronchiorum suas colonias habent , tūm  
aliæ *Disgregatæ* è finitionibus arteriarum eius-  
dem

dem Ruyſchij nec non lymphæ-ductuſ resul-  
tantes: quas nec ipſe rurſum Conglobatas vo-  
care dubito ad imitationem preſertim Magni  
illius Adenographi *Marcelli Malpighij*, fal-  
tèm eò ut nomen eiusmodi conſeruetur. Quip-  
pè ſecūs *Conglobatum*, cùm vix aliud, meo vi-  
deri, ſonet, quām *Conglomeratum*, ſi proindè  
de alys glandulis prædicetur à *Conglomeratis*  
ſpecie diſtinctis, non hanc, potiùs genus signi-  
ficare videtur, atque amborum concep-  
tum in Mente cofundere. Quapropter ma-  
lui *Conglomeratas* generis locum tenēre; quo  
bifariam diuifo *Vasculo-vefficulosarum* nomi-  
ne inſignirentur, quæ ab alys Conglomeratæ  
hactenús nuncupatæ ſunt; *Vefficulosarum*  
autèm, que Conglobatæ; hoc nempè pacto  
glandularum natura ac ſubtantia magis elu-  
cidente: & quod demùm ſupererit de *Seba-  
ceis*, ſiuè diſgregatis; has, inquam, vèl etiam  
*Conglobatas* appellare nequaquām abnuerem  
cum pređicto Authore eiufdemque Sectato-  
ribus, ad minimū, ne vulgata illa diuifo  
glandularum in Conglobatas & Conglo-  
meratas videatur abſ me, homine ſemifſe, peni-  
tūs de medio tolli. Uerūm iàm ſatis & vltrà,  
quām modeſtia fuſtinet, cantata hęc cantio  
eſt; ad ſeria igitūr: vtque reuertamur eò,

Epist. de  
Glandul..  
Conglob.

vnde digressi sumus, iunge tandem glandulis omnibus suprascriptis, quod respectu Bronchiorum Superiorum fieri potest, vt eidem fontes & Pulmonem & Oesophagum inficiant, fortè quod in *Deglutitione* etiam viscidus atque oleofus humor requiritur ad ciborum commisionem.

XIU.  
Ratio Si-  
tuacion.  
Glandu-  
larum e-  
iusmodi  
Conglo-  
meratar-  
um.

Sed perscrutanti quamobrem vniuersè glandulæ supradictæ etsi intima cum Oesophago commercia exerceant, intrà ipsum tamen non consistunt? resp: hoc imputandum esse loco minùs commodo, vtpotè nimirùm quòd ibidem vel compressæ fuissent eę glandulæ, vel motum tynicæ *Musculosa* impediuisserent (sicuti ob consimilem rationē etiam quædam glandulæ saliuales positæ sunt ab Ore longius remotæ) vel demum quia, cum humorem snum hauriant à *Cæliacis*, *Coronarys*, *Bronchialibus*, alysque arterys Cordi propinquioribus, si proinde alte Oesophago affixæ fuissent, illum exigere ab his aliquando fortè non potuissent. Quamvis nihilominus Canes suis non destitvuntur Conglomeratis glandulis in eandem Gulam impactis, sicuti initio præsentis Tractatûs insinuauimus, & qui tamen Canes ob id fortasse magis, quam quòd confueuerunt, inter deglu-

deglutiendum laborarent, nisi ex alia parte validissimo Oesophagoeo musculo donarentur cuius vehementi conatu assumpta quæque vorant potius, quam deglutiunt.

Quandoquidem autem partium Oesophagi munia indagare pergimus, locus poscere videtur, ut exploremus etiam quale sit, quod ad Nerveam membranam pertinet. Patet verò istud facilè ex dictis, cum scilicet nouerimus eandem tunicae externè vasculis exarata, in medio cicatricibus notatam, atque internè demum foraminulis vbiique peruiam. Unde adeò coniectandum fuit illam in extrinsecā, & quā *Musculosę* contermina est, facie sua canaliculos tamen excretorios sæpè memoratos, quā alios arteriosos excipere, fulcire, distribuer: in meditullio autem cum eorundem tūm insuper lymphæ-ductvum finitionibus locū præbere, quo hę se se veluti in calices expansæ fibras suas quoquouersum didant; ac denique quòd in interiori lamella cupulas huiusmodi operculante poris scateat, per quos humor ē talibus lacusculis depleatur.

De *Villoſa* verò Crustā hæc pariformiter adiungam; quòd nimirūm eadem alienigenorum corporum ingressum impedit in dictos poros; siue, quod idem est, quòd obstru-

XV.  
Officium  
denique  
Tunicæ  
*Nervosa.*

xvj.  
Crustæ  
*Villoſa.*

ctiones ab illis arcet, quòdque perlamentiū angulosarum rerum eludit offensiones.

XVII.  
Et succo-  
rum sta-  
gnantiū  
in OEsop-  
phagum.

Undè iterūm hāc occasione examinanda demūm venit virtus illorum fluidorum, quorum alterum à lymphē-ductibus salit in OEsophagi cavitatem, alterum ab arterys. Et quod prius: iamdiù quōque patuit veram esse lympham à *Jugularibus* glandulis erumpentem, prout in Vitulis [ vt dictum est ] constantē vidēre fuit: lymphā verò siquidem ros est, imò sanguineum glutinum hinc à partium nutritione reſiduum, indè autem nonrarò in succum nutritium faceſſere aptū, vel alys necessitatibus applicari iuxta promptuariorum, in quæ à Natura inducitur, diuersitatem [ quemadmodūm nempè *alibi* ostendemus ] manifestum fit proindè eam illuc influentem ob hunc finem duataxat influere, vt scilicet dictum canalem lubricet, vngat, obliniat, ne prætereuntia corpora præſtipticitate sua fortassis morentur in viā, aut præfiguræ asperitate *Nerueo* integumento moleſtiam incutiant. Quod autem attinet posterius nemo ambigit, quin solæ ſint particulæ ſerosæ tenuiores, quæ arteriarum extremitates ſuperare queunt: vndè itidem extrá dubium eſt, quòd humor ab iſtis delatus in OEsophagum

Difſer. A.  
nat. 2.

hagum nihil aliud intendere potest, quám  
vt lympham prædictam in debita diuisibili-  
tate contineat, ne assicescat, aut picis con-  
sistentiam acquirat; vt rursus Nervosas fibras  
in suo tenore conseruet, sitim extinguat &c.

Quibus eâ, quä decuit, sedulitate perpensis,  
quid reliqui factum iri autumasses, nisi vt  
dixisset succum glandularum Conglomera-  
tarum suprà recensitarum respicere dírecté  
ciborum *Digestionem*. Ettenim si eo duntaxat  
tempore tendit in Oesophagum, quo hi per  
eundem excurrunt; si salinus est ac variè  
coloratus: verbo denique, si fermentum  
est, quo nec membranę, nec fibrę eiusdem  
Oesophagi egent, imò à quo alterationem  
potius, quām ivuamen essent recepturę: ex  
aliā parte verò, si deuolvuntur ad illam ipsā  
fistulam aly liquores, nempè y, à quibus  
lubricitas, tonus, humectatio vnicè habentur,  
ad quem, amābō, collimabit scopum preli-  
batus humor, nisi vt cum dilabentibus per  
Gulam alimentis commisceatur, admixtus  
verò aliquem in his effectum producat, qui  
alius esse non potest, quām ipsorum siuē alte-  
ratio, siuē *Digestio*, aut fermentatio &c.

Nec tām Autopsia, suaferat hoc mihi etiā  
Ratio, imprimis verò quòd aspexeram Au-  
tho-

XVIIJ.  
Humor  
Glandul-  
arum O-  
Esophagi  
Vasculo-  
vesiculos  
rum ver-  
um est fe-  
rmentum  
Digestiv-  
um.

XIX.  
Probatur  
i. ex mul-

titudine  
ac diuer-  
sitate opi-  
nionum  
de hoc fe-  
rimento.

thorum sententias circá fermentum ad cibo-  
rum *Digestionem* requisitum vnde quaque in-  
firmas, nutantes, neque aliter, quam longa  
pervicacium hominum credulitate suffultas.  
Quod ut clarius constet, intuere imprimis  
multitudinem, intuere diuersitatem! dices  
nihil in Academys vñquam tam acriter,  
tam luculentè, tamque indefinite disputa-  
tum. Nam post Petrum *Castellum*, qui primus  
omnium illius fermenti necessitatem subo-  
dorauit pro Chylificatione obtainenda,  
mirum quot habita de eiusdem tum quid-  
ditate, tum qualitate litigia!

Opinio  
P. Castel.

*Ep. 5. Med.*  
*ad M. Au-*  
*rel. Seuer*

Jdem *Castellus* [ ex quo posteà *Helmontius*  
fermentationis in Uentriculo se se Authorē  
fecit ] scribit fermentum supradictum esse  
portionem acidae bilis è Liene transmissam panis  
fermenti ritu omnia aptam miscere, commouere  
ebullire facere, atque in rarefactione ista, spon-  
giositate cibariorum, quæ à spiritibus propriis  
concitatis fit, ob acidos spiritus mouentes inqui-  
etos, adiuuante calore, ciborum coctionem  
digestionem primam confici.

*Helmon-*  
*tij.*

Splenem quoque fermentum in Ventricu-  
lum inspirare [ cum nullas alias vias inue-  
nire posset, per quas idem ad Ventriculum  
commearet ] statuit *Helmontius*: *Splen*, inquit

in

in Stomachum per vas amplum sui fermentum in-  
spirat, neque enim Splen cibos immediatè attingit.

*De sent.  
Digg. S. 31.*

Itèm alibi: ità nimirùm Splenis odore in Stoma-  
chum spirato, cibi fermentati sunt tremor acidus;  
qui deinceps vertitur in salem urinaceum & in  
vitalem. Pluribus hoc explicat in lib. de Calor.  
non efficienter Digerent. & alibi.

*S. 32.*

Riolanus ut agnoscit hoc fermentum, ità ac-  
cessit quôque è Liene. Sic enim is: fermentum  
illud nempe acidus humor ab Arabibus & Græcis  
animaduersus fuit; illi ad acuendum appetitum,  
hi ad constringendum Ventriculum, ut fiat fer-  
mentatio & unio; sed si deesset Lien, ut qui-  
busdam accidit, vel adeò exiguis esset, ut vix  
unciam ponderaret, unde manabit ille acidus hu-  
mor ab arteria Splenica, qua defficiente Liene ha-  
bet suam insertionem in Ventriculū: sed præter istū  
succum acidum fermentativum, spiritum vita-  
lem huic operi accedere non difficeret, qui auget ca-  
lorem insitum Ventriculo; mutatio verò alimen-  
torum in succum candidum, qui chylus dicitur,  
non aliundè procedit, quam ab albedine mem-  
branarum Ventriculi. Porrò tres huiusmodi  
sententiæ ferè eiusdem fasciæ sunt, non itá  
postiores;

*Riolani,*

*I. de Cing-  
Sang.*

Quamvis nec multūm ab his dissentit *G. Font,  
in Apol,  
Galen.*  
illa Gabrielis Fontani Medici Massiliensis,

Q

cùm

cum asserit fermentum illud esse *Humorem Melancholicum*: quę (si quibusdam credimus) quorundam quōque Arabum fuit sententia.

Petri Bo-  
relli.  
l. 2, Obs.  
Med, c. I.

*Borellus* autem loco succi melancholici substituit *Bilem* instar quasi aquæ fortis acer-  
rimam & perindè quōque feruescentem.

Sénerti.

l. 3, Med.  
Pract, p. I.

Quibus omnibus iterūm lites mouet *Daniel Sennertus*. Idem vult esse in *Ventriculo humorē acidum ingenitum* & *connatum*, quem relictā cibi portio benè elaborata augeat & foneat: qui non sit crassus, sed tenuis & spiritibus corrosiuis pregnans; qui grato quodā acore *Ventriculi corpus nervosum* afficiat & sua mobili virtute permeet omne ingestum, illudque soluat in liquorem, seu chylum, & omnino se habeat ut fermentum quo cereuisia feruescit fermentaturque, ut crasse par-  
tes à tenuibus, & utiles ab inutilibus separen-  
tur: atque hunc humorem, si abbundet, cau-  
sam esse famis nimiæ docet.

Craanen

de Hom.  
37.

Haud dissimilis ab hac est etiam opinio eorum qui affirmant fermentum digestivum esse reliquias fermentatorum alimentorum in plicis *Ventriculi* harentes, quæ diutina mora accescant & fermenti naturam induant, intér quos pri-  
mum sibi locum vindicarunt Naturalis Phi-  
losophiæ Choriphœi spectabilissimi, *Cra-  
anenius* & *Vvillis*.

Præ-

Prætereà non defuerunt, qui *succum Pancreaticum* ad eas partes traxerunt. La *Chambre* apud Clariss. *Bartholinum* aduocauit *spiritus* ( miror cur non alij etiam *Semen*, aut aliquod aliud, ex excrementis : *Sola*, námque hæc *superfuerunt* ) alij demúm alia, de quibus verba habere pudet.

Maximè tamen omnium plausibiles hodierno sæculo visæ sunt denique binæ opinio-Hogelandines, altera *Hogelandi*, altera *Baky*, vel si ma-uis *Ioannis Maiouu*; quarum posterior, vtvt priori similis, nihilominus isti palmam præ-ripuisse videtur ex eo saltim, quòd in ea om-nes tanquám in fidissima statione quiescant, nihilque iam magis Medicorum auribus, quám *LymphaVentriculi acida* concrepet. Sic ergò *Hogelandus* : *O Economiam animalis in-spicienti, inquit, præter cibum alterandum et potū tum dicto cibo diluendo inseruentem, tum cibi vicem supplentem, occurrit liquor quidam subtilis & attenuans, saliuia dictus, ex artery per Pala-tum dispersis prodiens ; cui cibo masticato & de-glutito accedit in Stomacho ex artery liquor aliis priori non admodum dissimilis, præterquamquòd manifestè acrior, cibo in eiusdem faciliorem con-coctionem digerendo, fermentando & quantum satis soluendo, eiusdemque essentia ( parti nem-*

pè puriori & magis oleosæ tūm incorporis nutritiō-  
nem abitura ) extrahenda instar menstrui, ut  
Chymici similes liquores vocare solent, ex aqua  
forti & spiritu vini compositi, magis appropriatas.  
Posteā quod dixerat probat in notis ; quod,  
ait ? siccissimus cibus E. g. panis biscoctus &  
similia nullo adhibito potu & digerantur & conco-  
quantur? quòd alij liquores E. g. in vomitu liquor  
non nunquam acidus, plerūmque verò tenax ac vis-  
cosus , & 3. impedito menstruo fluxu menses per  
Stomachum & Os reijsiantur. 4. quòd appetitus  
videatur ab accredine similis humoris vellicando  
Ventriculum fieri. 5. quòd oculi cancri, cortices  
ouorum & similia ingesta sine fructu assumeren-  
tur. 6. quòd volatilia , imprimis gallina tam  
nostrates, quam calicotæ in Stomachis suis scilices  
vitrum, ipsumque aurum ( vt partim ex fide di-  
gnis audiuit , partim propria experientia com-  
pertus est) soluant & consumant. Vndè tandem  
concludit bonam vel malam cibi in Stomacho di-  
gestionem fermentationem, vel concoctionem ma-  
gis huius liquoris acrimonię vel aciditati , aut  
Subtilitati , siue cruditati , aut viscositati ,  
quam ipsi Stomacho deberi.

Quòd Bakium autem ; en quemadmodum  
loquitur ! Assumptum alimentum Oris salina  
aliquantulum imbutum ( vt tanto facilius Ven-  
triculi

triculi humorem admittat ) Linguae partiumque  
Oris adiumento in Oesophagum atque eius mus-  
culorū fibrarumque ope in Ventriculum relegatur:  
ibi humore, quem interior tunica continuo exsu-  
dat perfunditur, contrahendique Ventriculi vi-  
miscetur, quantumque potest subigitur. Videtur quo  
distenditur magis, eò rarior fieri dicta tunica,  
eiusque pori patentiores, & vice versa: quarè  
cum aliquid in capacitate ad diluendum continet,  
humoris huius maior affunditur copia, quam  
cum conciderit, tamen & densatur & diluendi  
necessitas tantum non urget. A solo contactu co-  
lorem consistentiamue mutari, sine substantia ad-  
ditione vel detractione vlla naturali operatione  
visum fuisse non existimo: speculo aliis ab obiecti  
specie color induci videtur, & à calore aqua  
dilatatur, imò sevum liquatur: sed, recedente  
objeto & ablato calore, speculum colorem, &  
quod dilatum liquatumue est, ad naturalem  
consistentiam reuertitur. Calorem, quatinus ho-  
mogenea colligit, & heterogenea disiungit, ad  
coctionem facere confido; quamuis pisces, quorū  
interanea & ipse sanguis frigent, escam integrè  
deglutitam cum ossibus perfectè digerunt, & sunt  
præter modum rapaces. Huius sententia verita-  
tem si quis ipsis oculis videre desiderat, insta ma-  
gnitudinis piscis stomachum introspectiat, quando

alium integrum pro pastu ingurgitauerit, cuius, quoniam non totum corpus simul, sed partes extreiores & fundo Ventriculi proxima prius digestione consumuntur, piscis deglutiti reliquias aliquo elapso tempore videbit circum eas portionem digestam & propè Stomachi parietes succum ( muco-sum quidem, sed esca minùs permistum ) nouiter è tunicae interioris poris sudoris instar egressum; ut eò magis dilutum, quod iam ferè digestum conspicitur, in intestina per pylorum contrahendi vi Ventriculi protruderetur.

Maiouu,

*Tract. de  
Mot. Mu-  
scul. c. 5.  
pag. mihi  
55.*

Quibus denique nihil adiud addit Joannes Maiouu quām quòd humor ille ( de quo Bakius ) per tunicam Ventriculi intimam glandulosam pe-detentim transudans lympha quādam sit certa acore grauida, siue acidis particulis turgida.

Tot igitur, tamque discordes opiniones si quis animaduertat, nonnè facile iudicabit singulos illarum Authores eius ingenij extitisse, ut quidquid, nedum in mentem, potius in buccam venerat, eructare voluisse?

*Probat. 2.  
3 falsita-  
te earun-  
dem opini-  
oni om. m.*

Quid dicemus uero ( subiungit posteá his re-censitis Franciscus Piens ) aut quam ex his sen-tentijs amplectemur? Ego quanquam hanc de Fer-mentatione sententiam ( eò namque è debilitate argumentorum, quibus fermenta sua velut ad prælium instruunt dicti Authores, adduc-tus

tus est Vir Eruditissimus , vt Fermentatio-  
nis causam deserere aliamque Veteri Coctioni  
tantum non consimilem tueri , quām tām in-  
firmas partes defendere maluerit ) aliquan-  
*dō tuitus sum, pluribus quoque de illa habitis ra-*  
*tionibus, non possum non tamen me continere,*  
*quin expensis uarijs his sententijs, dicam cum*  
*Demiphone Terentiano Phorm. 2.4:*

*de Febrib.  
c: 5.*

*Incertior sum multō , quām dudum.*

Ego verò , qui *Chylificationem* media Fer-  
mentatione fieri ipsis interdūm oculis per-  
lustraui ( & de qua tamen re *alio loco* seruata  
est Tractatio ) quique adeò necessitatem  
eiusmodi fermenti omnibus modis comper-  
tam habui ; vt *humorem glandularum Con-*  
*glomeratarum OEsophagi* ceù talem admit-  
tere coactus sum : sic cœtera ab alys asser-  
ta nunquām arridēre potuerunt .

Nām i. quòd *Castellum, Helmontium, Rio-*  
*lanum* ceterosque , qui in eādem acie mi-  
litant: eorundem sic antiquata iám opinio est  
vt spes nulla spondeat illam aliquandò sur-  
recturam .

Ostendit;  
falsitas i.  
2. 3.

Explosa itèm est apud Juniores cùm Medi-  
cos tum Anatomicos sententia illorum , qui  
succum melancolicum in campum reducere  
non dubitarunt . Neque enim is discrepat à  
*succo*

Quartæ,

*succo Splenetico* priorum, qui porrò nupèr ho-  
dièque, cuius pensi existat apud Philologos,  
nemo sanè non nouit.

*Quintæ.* Sequitur *Borellus*, cuius *bilis* non paucis bilē  
concitauit. Non possum autem ego non tac-  
tè stomachari, cùm audio aliquos eò inscipi-  
entiæ deuectos, vt cogitarint eandem bilēm,  
in *Ventriculum* regurgitare *Digestionis* tem-  
pore; quo nimirum plasma sūm de fermen-  
to chilificatiuo verum finxisse viderentur.  
Obstant siquidem tali regressuī tūm alia plura,  
tūm verò motus liquidi ipsius-met bilis: situs  
*Intestini Duodeni* perpendicularis, *Pylori*  
angustię, ac motus peristalticus *Intestinorum*.  
Horum igitur actio nisi inuertatur, vt con-  
tingit in *Ileo*, nulli in ysdem contento potes-  
tas retrocedendi fit. Quid? quòd vtcúnque  
daretur licet; bilis tamen nunquam reuer-  
teretur: quòd videlicet *Vulsoſe* *Intestinorum*  
*Crustæ* intimè h̄erescens ab eōdem ferè con-  
tinuò implicetur. Ulteriùs, si bilis reflueret  
ad *Ventriculum*, chymi defœcatio, siue  
præcipitatio, atque ad rubedinem dispositio  
&c. vndē-nám obtinerentur? Nec tām *Cho-*  
*lidocus* iste, quām *Pancreaticus* quōque suc-  
cus in illa regurgitatione superiùs ascenderet;  
ex quo innumera sequentur absurdā. Iunge  
de-

demùm, quòd Digestionis tempore vti Ven-  
triculus semper constringitur contentaque  
deorsùm pellit; sic Intestina, vt quæ eidem  
obsequuntur sursùm moueri nequeunt ad bi-  
lis regurgitationem.

Quod respicit *Sennertum*: supplantat ipsum Sexx.  
hæc mea ratio. Nempe, si fermentum ali-  
quod ipsi Ventriculo *in situ* esset à Natura  
ad alimentorum digestionem, Infantes èquè  
ac Adulti digererent, atque eodem modo; in  
quo tamen contrarium obseruatur: cùm vid-  
eamus illos Digestioni sensim initiandos esse,  
primò quidèm lacte, tūm pulticulâ, præman-  
sorum in Os ingestionē &c.; secùs nunquam  
probè concocturos, imò & de vita periclitatu-  
ros, vt quotidiè nouimus. Quid: quòd & me-  
liùs istis concoquere deberent priores, nempé  
Infantes, eoque magis quò plús tenelli, vt  
bimestres, vel alterius similis etatis: inquan-  
tūm videlicet, quòd fermentum illud nativ-  
um magis robustum foret in ijs, hoc est non-  
dùm ab extrarys fordibus seductum à pri-  
mitiua sua indole desciuisse; cùm è contrà  
in adultis huiusmodi fermentum iàm multū  
dè Vigore, aut essentia sua remiserit.  
Quamobrèm ego tale menstruum primige-  
nium nec ab ipso *Calore Galenicorum na-*

*turali* discernerem; & cùm insupèr visum id nunquàm fuerit, neque tactum, aut alio quopiam sensù inuestigatum.

Septimæ.

Inst. Med.  
c. 7.

Similitèr igitùr & quod concernit *Chylis reliquias in Ventriculo post peractam Digestionem*, falsum est. Tales enim reliquiae (*Ettmullerum audis*) aut á se ipsis, aut ab alio aciditatem illam fermentatiuam contrahunt: si ab alio, de hoc redit quæstio, quid ē quale hoc sit, & sic ad peculiare fermentum tandem deuenitur; si verò á se ipsis, queritur, vndè & quomodo acor hic emergat. Vndè enim est, quod in febribus appetitu deficiente, & Digestione cessante alimenta ingesta non acecant, quin in his nidorem acori contrarium concipient &c. Non est itaque in his vndè *Senetus menstrui sui ingeniti instaurationem* inculcat, aut generationem &c. Et quod mea [ vt nimirūm saltem circà existentiam eiusmodi reliquiarum sententiam feram ] has certè rarò, imò nunquàm deprehendi in Ventriculis tūm brutorum iejunio priùs maceratorum, tūm hominum siuè fame ex morbo, siuè alio quopiam casu enectorum: aduerti autem ibidem quandòque superfluitates quasdam subflauas, quasi biliosas, & quæ cum chylo nullam omnino dicebant affinitatem.

tem. Quocircà potius opinari decuit easdem congeriem fuisse quandam tam mucci è Ventriculi parietibus exsudantis, quám alterius è *Vasculo-vefficulosis OEsophagi glandulis ad fundum eiusdem Ventriculi delapsi*, ibique simul aceruati, vt nimirūm ex colore ac sapore ipsarum in promptu fuit iudicare.

Mitto la Chambre de *Spiritibus* aliorumque de *Succo Pancreatico* commenta, &c. Quippè, quoniam ipsa hēc ridicula ac Mimo digniora, quam schola sunt, nec refelli quidem debent. *Quod qui facit* ( ait *Vvilkius* ) *videatur vereri*, ne quis credat. *Prætereunda* igitur ea, quæ profalso contra falsum differuntur: satis est ea refutare, quæ contrā verum disputantur.

\* Præstat enim rectā irruere in *Hogelandum*, *Bakium*, *Maiovu*, cèu quos, missis coeteris, solos nūnc admiratur Posteritas: et quorum adeò opiniones si falsas interdùm spectare contingat, actum de fermentis hactenùs ad ciborum fermentationem adhibitis; si que aliud non detur, nescio quomodo hæc absolutum iri possit? Iam verò cùm simùl penè concordent dicti Authores, aut saltē finis sententię vnius, gradus sit alterius, incipiam

Comment  
in Orat.  
I. Mureti

Ostaus.

propterea ab illa *Hogelandi*, aduertamque an succus, qui ab artery defertur in Ventriculum, verus esse possit *humor digestivus*. At verò & ne hoc crederem fecerat iamdudum Observatio illa, quâ nempè in comperto haberam liquorem, qui ad arteriarum extremitates propellitur, esse ipsum purum putum sanguinis serum, vel ad summum, idem serum salis alicuius fragmento permixtum, quale inquam fragmentum obseruare est in Sudore, in succo humectante Peritonēum, Pleuram, aliasque partes, ad quas arteriæ terminantur, &c. de quibus latius in sequenti Dissertatione: vbi etiam fusiūs declarabimus quæ suprà attulimus de OEsophagi humectatione. Quo stante neminem arbitror asserturum id, quod ab artery defertur in Ventriculum, id est sanguinis serositatem tanti fore, ut alimenta ibidem congesta fermentet. Sed demus nihilominus, non solum serum, accurrere eodem etiam alias sanguinis particulas tūm integrantes, tūm & essentiales; vndē est tamen, quod hæ illic acidæ euasurę sint, aut tales, quales requiruntur ad ciborum fermentationem? *DiemerbroeKij* sané hoc est iudicium: *Hanc*, nempè *Hogelandi* assertio-

Diss. Ann.

2.

Secti. 1.

Art. 27.

Ann. 1.1.

c. 6.

nem ( inquit ) illud euincit , quòd sanguis arteriosus , propter sulfurearum partium predominium non sit ullo modo acer , sed omnino mollis , mitis , dulcis , ita ut neque in Ventriculi , neque in aliарum partium quantumvis acutissimè sentientium ( quales sunt tunica Adnata in Oculo , Glans Penis &c. ) tunicis ullam corrosionem , aut molestam punctionem faciat , vel facere possit . Praterea hinc sequeretur , quó plus huiusmodi arteriosi sanguinis ad Ventriculum inanitum pelleretur , eò maiorem futuram famem ; at qui contrarium liquet in febribus ardentibus &c. Frustra igitur ( subdit paulò post ) ex arteryis viam huic liquor fermentaceo ad Ventriculum comminiscitur Ludouicus dela Forge in Annotat . ad Carthes . l. de Hom. , ubi sic inquit . Posset rogari , quare ille liquor [ fermentaceus ] per arterias potius ad Stomachum , seu Ventriculum , quam alid feratur ? Ad quod resp . arterias , illum æqualiter ad omnes partes deferre , sed poros omnium membranarum non esse adeò conniuentes ad transitum ei concedendum , atque sunt pori Ventriculi . Quòd hoc fictum diuerticulum sit nullius momenti , patet in membranis Cerebri alysque multis quarum pori sunt adeò conniuentes , ut per eas sanguis arteriosus multo copiosior deferatur , quā

ad Ventriculum, & tamen nulla ab eo erosio, aut vellicatio in ysp eragatur. Nonnulli, ut dictam corrosionem melius defendant, dicunt acriorem sanguinem ad Ventriculum demandari, uel fluere quam ad alias partes. Sed hoc cum nulla veritate coharet: quoniam unus idemque qualitate sanguis equaliter e Corde propellitur ad omnes totius corporis partes, nec quidquam est, quod acriores ab alijs mitioribus separaret, & ad has potius, quam ad illas protrudat partes.

Nonx.

Has itaque difficultates quasi olfecisset de Bak, non quod filtretur humor acidus praeditus, aut alio quopiam modo in Ventriculu separetur, maluit asserere quod transudet in eundem, censuitque ipsum Ventriculum instar vulgaris telae fabrefactum ita scilicet, ut quo plus extenditur, magis etiam rarefacat. Quo non obstante, tenetur semper assignare Nervosus Author vnde-nam liquor eiusmodi transudet? &, si ab artery, redeunt argumenta Diemerbroeki; si vero aliunde, cur locum non indicat? Noui equidem & ipse in Piscium quorundam, presertim vero Luciorum Ventriculis [supra quos arteriae non repunt] alios minores pridem ingestos sensim deliquesce; sed patuit etiam in his, quatinus externè ab eodem Stomacho, & circa Abdominis

nis capacitatem hærebat vndique membra-  
na quædam nigridula , ferè vt Vuea in Ocu-  
lo , quæ tali sacculo proptereà incumbens in  
spirabat in ipsum , aliòqui subtilissimum vas ,  
moleculas quasdam tenues , acres atque  
amaricantes , quæ in escam posteà infixæ ea-  
ndem pedetentim eliquabant initio sumpto  
ab ipsa piscis deuorati peripheria ; at minimè  
tamen arguendum est hinc , quòd idem acci-  
dat & in homine . Alia quippé in hoc est Ven-  
triculi structura : tunicæ nimirùm tres aliæ  
alys superpositæ , densitate etiam ità intèr se  
certant , vt vnaquæuis earum simplicem  
illam , undè Lucy Ventriculus est , mem-  
branam decuplo crassitie superet . Quo posito ,  
videtur quòd in stomacho humano minús  
admittenda est illa perspirabilitas , quæ requi-  
ritur pro fermentatiui humoris admissione :  
quidquid ex alia parte talem quòque reputat  
*Hen. Regius* , imprimis verò eiusdē Scholia stes  
ac Discipulus *Ioannes Broen* , vt qui in eam  
flatvum causam refundere non veretur . Nám ,  
quod attinet dictum fermentum ; ductibus  
opus est vel patentissimis , præcipue in Visce-  
re complicato ac firmissimis crassissimisque  
membranis constante . Prætereà verò vnde-  
nam idem *Jacobus de Bak* tale hauriat suda-  
men

men? nūm ex Hepate, aut Liene? an ex Omento, Peritoneo &c.? Dicam potius cum *Plauto*; *Nugæ Theatri*.

Decimæ.

Accessit ergò demùm *Ioannes Maiorvus*, qui prædictis difficultatibus obuiam satis iri posse ratus, si diceretur fermentum illud acidum è glandulis in tunica Ventriculi intima existentibus scaturire, tantum abest, quin hoc nouo commento eisdem suffragatus sit, ut potius nouas excitauerit: i. nempè, quòd tales glandulæ meri sint folliculi membranosi è finibus arteriarum, aut lymphæ-ductum emergentes ad eum modum, vndé plerasque *Disgregatas*, ac præcipuè quæ ad Oesophagū sunt, resultare diximus, præter Autopsiam, monet etiám Authoritas. *Thomas Uvallis* Vir, si qui alias, in Anatomia Ventriculi exercitatus, vbi de ijs glandulis sermonem habet, sic effatur: *Crusta Vuilosa in postica, siue conuexa eius superficie, qua tunice Nervea coheret, glandulis annulatis numerosissimis ubique consita est, quæ proculdubio vasorum in tunica nervea dehiscentium ora contegunt*. Et rursùm de osculis siuè extremitatibus huiusmodi vasorum: *Hac ammota* (subdit paulo post) nempè tunica glandulosa, aut potius inferiori Nervea membra næ lamina, occurrit ipsa tunica Nervea, siuè istius la-

us lamella, fibris vary generis & diuersimodè contextis constans, per cuius telam raram vasa sanguifera innumera & ramificatione densissima producuntur, iuque superficie eius interiori, ubi tunica glandulosa choarent, terminantur. Tandem verò qualia sint hæc vasa edixerat iam paulo antè his verbis *Hæc lanugo* (loquitur de Crusta V vilosa) Vasorum, quæ tunica Nerve & densissimè inseruntur, ora ubique obtegit, ac tutatur, nec nō humores ab arterijs & nervis transudantes suscipit; dum interim Venæ chylum aliosque Succos in hac parte scatentes exsugunt. Hinc etiam Malpighius idem significare visus est, cum hec adnotauit: Postremo hanc eandem structuram in humano Ventriculo deprehendi; A nervea namque membrana perpendiculariter, fibrosa, seu fistulosa corpora assurgunt, ita ut exterior superficies rete delineet, & vasa sanguifera manifesto occurant. Ex autem fibræ concavæ & quasi nerue & nihil aliud, meo videri, sunt, quam arteriosorū capillarium desinentiæ sero repletæ [ettenim sanguinis rubicunda portio ob maiorem crassitatem eò non penetrat] & quæ demum fibræ in interiori tunice nerveæ lamella (tunica glandulosa dicta) digitatim, vt sic dicam expansæ folliculos excitant illos, idest acinos membranosos cōmuni glandularum *Sebacearum* nomine

S

indi-

indigetatos. Hoc posito qui nam existimabit arterias, aut lymphę-ductus menstruum acidū Chylificativm in Uentriculum regurgitatu-ros? Priores sanè tanti non constare contrà *Hogelandum* superiùs docuit *Diemerbrouk*; po-steriores autem tale quid ausuros Docti nequi dèm somniarunt. Dic igitùr potiùs *Sebaceas* illas glandulas [ si tamen sic appellari meren-tur, quæ meræ sunt aperturę, aut oscula mini-morum vasculorum ] eructare tantummodò illū humorem, qui ab ysdem canaliculis ad-uehitur, qui que nulli aly necessitati vacat, pr-eterquām quòd ei, cui in cœteris corporis ca-uitatibus inseruire solet: hoc est, ad irrigandas tunicas antra eiusmodi conformantes, intern-āque istarum superficiem maximè à prætere-untiū corporum iniurys protegendā perindē ac de Sero, ac Lympha in OEsophagum instil-antibus aliàs fecimus manifestum. Et de facto, quis inficias eat huiusmodi cum humectatio-nem, tūm & lubricitatem non esse præcipuas dictarum cauernarum egestates? Quod meum est: vix, ac ne vix quidem, intelligo quemad-modū Intestina e. g. à flatulenta distentione, fæcū intrà rotatarum asperitate, grauitate, erosione &c. immunia effent abitura: nisi ex vna parte serū ab arteryis prodiret, quo illorū mem-

membranæ madescerent, vt funes, dūm ali  
quod pondus sustinent; ex alia verò lympha  
é proprys elicibus non ingemisceret in eadem  
per *Peyeri* glandulas (vt abs me aliquandò fuit  
adnotatum) quâ nimirùm interior Intesti-  
norum membrana irruentia velut tela pro-  
telare apta euaderet. Evidèm ob consimilem  
huic finem muniuit Natura Pulmonalem  
fistulam *disgregatis* glandulis; prouidit &  
*Vessicæ*, *Vagine*, *Vrethræ* &c. Cùr verò his-  
ce visceribus tām propensa, soli tamen Ven-  
triculo nouercaretur illa Parens, illa, inquam,  
Parens, cuius prouidentia æquè sibi consta-  
re dicitur in minimis rei momentis, atque in  
Cœlo ipso? an, quod Ventriculus minús  
distendi egeat? vel est, quod nulli corporum  
subiacet offensioni: quid, inquam, est, quod  
ei congruos liquores non effet elargitura?  
Verum ex aduerso, hunc in maiorem, quām  
vt sacculus quisque membranosus ferre possit,  
molem excrescere testatur Experiētia, notāte  
*Plempio* illum nouem pintas vinarias inter-  
dūm conclusisse. Adde, quod Ventriculus  
eodem, vt vt paulo obscuriore, quo & Intesti-  
na, gaudet peristaltico motu. Qui verò ipsius  
tunicæ tūm huic, tūm imprimis eiusmodi ex-  
pansioni suffecture, essent: nisi humore imbue-

rentur, quo earum fibræ tensiles ac contractiles afferuentur? Quod autem lubricationem illam dubitatam; qui nescit locum esse hunc & harenam, in qua alimentorum particulæ irritantur, excandescunt, ac digladiantur, siue, ut planius loquar, ubi he in fermentationem erumpunt? Qui igitur facile ab ipsarum ictibus eluctatura esset imprimis Jntima, idest *Neruae* eiusdem Ventriculi membrana: nisi lymphâ, velut oleo, oblinita esset, quam illarū prismata, velut Antagonistarū manus eludat. Concedere itaque tenetur siue *Bakius* siue *Maiovu*, aut, quisquis alius sit, qui se se eiusmodi sententiæ Authorem gloriatur, succum à *Sebaceis* Ventriculi glandulis (potius poris, aut vasorum osculis) effluentem, non ciborum fermentum, tantum humorem esse tunicis Ventriculi competentem, atque intrinsecum earundē linimentum, qualis nempè est ille, qui in OEsophagū, Intestina, atque in consimiles alias decidit cauitates. Insurget hic nihilominus aliquis, oggeretque posse idem numero serum eandemque lympham tum Uentriculum humectare, tum lubricare, atque etiam cibos fermentare: neque insuetum esse Naturæ (quod nempè etiam abs me alibi celebratum est) ut eadem, re atque

atque eodem in corpore alias atque alias comparet affectiones. Ad quod resp. istud esse omnino impossibile.

1. Quia aliud est Serum, aut Lympha; aliud est fermentum. Serum sanguinis (moneinte Zypao) est humor massa sanguinea & magis aquosus; diciturque magis aquosus (pergit idem) quia sequestratus alias habet particulas commixtas, v.g. salinas, acidas, & alias, pro quarum diuersitate, lympha, saliuia, aut aliter nominatur. Purum interim tunc serum prout hic spectatur non est: sic etiam lympha nihil aliud est, quam Humor serosus & otus limpidus vasis lymphaticis conclusus. Fermentum autē quid sit, docet Ettmullerus, cuius, adeò Textum integrum libet hic apponere: *Fermentorum nomen & doctrinam ex Helmontio potissimum habemus satis tamen obscuram ab eo relictam. Illustrarunt eam deinde nonnihil Uvilisius & Kergerus Trac. de Fermentatione, sed partim crasse satis, partim insufficienter adhuc. Re tamen longius penes me reuoluta nihil aliud tandem ea esse deprehendo quam particulas volatiles spirituosas materia cuidam lenta seminali, salinooleosa, tenui tamen intimius immixtas, quam ipsam dum in minima resolvunt, ac in similem sibi substantiam conuertunt [quod suis finibus*

clientem qualitatem cooptare vocat Helmontius  
 Tr. de sextup. Digest. &c. §. 14] in atmosphærā quandoque odoratam cum illis diffunduntur, perque hanc in obiecta vicina adæquata agentes, parua sui quantitate magnam horum massam in eandem cum ipsis naturam transmutant. Quantum igitur distent aquosæ, aut serosæ à volatilibus, spirituosis, aut solino-oleosis particulis quisque facile nosse potest, adeoque inferre nūm serum aut lympha præfata, fermenti nomine dignari mereantur, necnè? Oppones tamen dari menstrua insipida & aquosa, vt bené Chymici obseruarunt. Esto; verùm hæc satis esse non posse pro alimentorum fermentatione inferiùs fiet palam. Addo nūnc, quòd neque omninò volatilia. quippè quæ in fixum ægré agere valent; alimenta autèm magnam partem fixa sunt.

2. Quià serosæ ac salinæ moleculæ simul cohærere nequeunt. Siquidèm posteriores, si volatiles existant, á prioribus nullo labore liquantur: vndè spirituosa omnia aquæ permixta defetiscunt protinus atque eneruantur: si verò fixæ, per illarum canales nequam slyunt. Ettenim, cùm arteriosorum, nec non lymphaticorum capillarium diameter per exiguis sit, par iccirco hic esse nequit ex-

ci-

cipiendis particulis paulò crassioribus ; tantum Serosis , vtpotè omnium in sanguine contentarum minimis, ac præ figura sua globulosa quàcumque gliscere idoneis. Quę cùm itá sint, non credam serum eam præstitum operam , quę sali competit, duobusque inter se penè diuersis munys plenè satifac- turum.

3. Quiá idem serum , quo instantे Ventri- culum humectaret; eôdem & istum prori- taret. Nàm si salina spicula vnà secum addu- ceret , cùr non ea impingeret in fibras tunice præfertim *Nerueæ*, suprá quam id vltimò de- uoluitur? Cum igitùr istud perpetuò colet in illum Vtrem , neque tamen aliquam ei molestiam faceffat vnquam , dic potius ab- horrere à tali salium consorito dictum liqui- dum , simplexque atque innocens ab horum cladibus in internum Ventriculi conspe- ctum iugitèr venire .

4. Demùm , quià si tale serum , aut lympha lenitiua simul essent & chylificatiua , fieri non posset , quin qua parte posteriore effectum daret , eâdem & Palatum afficeret : at quan- doquidém illud Linguâ exploratum nihil sapit aliud , quàm aquam meram , adsum- mum etiám vñctuosam , vtpotè quià poste- riori

riori, idest lymphę coniunctum est, dicendū videtur abesse ab humore in Ventriculum transudante conditiones, quę ad chylum conficiendum desiderantur, solis existentibus alys seri ac lymphę proprys, & quæ ab utriusque configuratione dēpendent. His ergo sic examinatis iniuriam me in quenquam indē minimè collaturum censui, si dicerem lympham Ventriculi totiès repetitam fermenti titulo haúd esse decorandam.

Ast 2. falsitas eiusmodi opinionis antè oculos obuersabatur quotidiè magis, vt aduerti postea lympham illam acidam nullo pacto fuisse compertam. Testis huiusc rei fidissimus extiterat eiusdem Sapor, quem ex Gustu, vti non itá pridem adnotatum est, cognoueram esse omnino aqueum, imò insipidū Quod ergo supereft de coniecturis tām *Hogelandi*, quām aliorum, qui tales acorem tribunt prælibatę lymphę: ex eo nempè, quod  
Med. fundam. c. 2.  
Art. 13.  
 is sēpius in Ventriculis canum ieunorum dissectorum (ait Zipæus) inuenitur & nobis manè etiā benè habentibus, & post debitam chylificationem subindē eructatur: ab illo cibis commixto stupent nō rarō dentes in vomentibus: ab assumptis acidis roboratur chylificatio &c; quod itēm Uentriculi agnini, suilli atque aly plures ritè infumati

mati ac preparati lactis inseruant coagulationi &c.: hę, inquam, coniecturæ tāni debiles existunt, vt nihil minūs, quām aciditatem lymphæ Gastricę persuadeant. Nām quod canes; dato licet, quòd in eorundem Ventriculis acor eiusmodi inueniatur ( id tamen, quod me hucusque latuit) qui nihilominus ignorabit predictum saporem è chyli superfluitatibus ibidem acescentibus non posse prouenire? Iunge, quòd, iuxta Ettmullerum, chylus pro varietate animalium toto differt genere, licet uno eodemque alantur nutrimento: & quedam ab uno animali digeruntur, quod non fit ab altero; v.g. dūm turtur helleborum optimè digerit, & canis vitrum antimonij sine uilla euomitione: iam verò aliis chylus est in cane, aliis in homine eodem pane licet nutritis &c Quid igitur cani & balneo, iuxta veterem paroemiam? Secundò ructus acidi, qui ex chylificatione fiunt, pro effectibus considerandi sunt, non tanquam causæ: quantum autem hæ ab illis differant, non est, cùr hīc exagitem. Sic aliud sapit fermentum, aliud fermentatum. Sapor enim sequitur configurationem partium & texturam. Quamobrèm spiritus vitrioli acidus, & oleum tartari per deliq. vrinosum, coniunctione mutua abeunt

*Inst. Med.  
c. 5. thes.*

T

in-

in tartarum vitrolatum saporis leniter falsi vel feré insipidi : acetum attactu minij in talem exit cum eodem texturam , quā sapor dulcis , sacharum Saturni dictus , exindē emergit : spiritus sulphuris , vel vitrioli cum terra sigillata texturam & saporem instar aluminis acquirit ; spiritus acidus in sulphure, insipidus in Marte, sub vitrioli martis præparatione saporem vitriolaceum dulcem contrahit &c. In tantum , nempe texturæ particularum mutatæ mutant sapores : sicuti & ob diuersitatem fermenti, mixtorum , quæ fermentantur , strues variatur . Dic itaque ructus acidos à cibis fermentatis resultare potius quam ex fermento , vt consideranti patescit. Idem dic, tertio de vomitibus acetosis & quartò , quod attinet auxilia chylificationis ab acetabulis ; tantum abest , quin hoc opinionem acoris in lympha Gastrica confirmet , vt eandem potius eneruet . Nám si fermentatio emergit ex combinatione partiū diuersæ naturæ [ quemadmodum nempè & lippis & tonsoribus , vt aiunt , constat ] si pro indē homogeneous in id particulas continuò sufficias , frustrà fermentationem quæreres : vndē adeò liquet , quod si additione acidi acuitur chylification , menstruum chylificativum

tivum non est acidum ; verūm potius alkalicum, aut alterius indolis ab acida diuersæ. Atque hinc porrò factum fuisse arbitror, cùr *Mochius* Digestivum menstruum alkalicum stabilire primus omnium non dubitaue rit : quem posteà secutus *Daniel Tauri* ipsius sensus transtulit in hęc verba. Il'ya peu de personnes qui croient presentement avec Vanhel mont, que le leuain de l'estomach soit acide:,, au contraire l'experience semble provuer, „ qu'il tient d'auantage du salin , quoi qu'il „ contienne des parties acides & alkalines, „ volatiles & fixes , huileuses & aqueuses; & „ les Autheurs même, qui doutent, s'il se fait „ quelque fermentation dans l'estomach , ne „ laissent pas de dire . qu'il est certain , que „ l'humeur fermentatiue de l'estomach n'est „ point vn acide , mais vn acre salin-volatile, „ parceque sans celà l'on ne pourroit pas con- „ cevoir comment les sels volatils, qui sont en „ uelopes dans les aliments par des aigres „ pouroient se deueloper dans le ventricule, si „ le leuain de l'estomach ne contenoit des par- „ ties propres à en diuiser, & detruire la force. „ Huiusmodi paritèr genio victi *Graaffius Dolanus* quid de essentia lymphæ illius Gastricæ non sunt commentati ? statuerunt nempe ipsam

Nouelle  
Pratique  
des Ma-  
lad. Aig-  
ues, 1. c. 2

sam hi acido-volatilem, aly salino-ammoniacalem, nonulli acrem fixam, plurimi volatilem oleofam &c. adeò, quòd *Vvalddschmidt*, cùm tot Autorum sensa nedùm percipere, vix enumerare posset, ad extre-  
mum in hæc verba prorumpere coactus est:

*Inst. Med  
Rat. I. c. 3.  
71.*

*Quid fermentum Ventriculi propriè sit & an il-  
lud in Ventriculo (nota hæsitantiam Viri can-  
didissimi, & quâ nostro inuento de humore  
digestiō ad OEsophagum procedente prælu-  
dere videtur) reperiatur, nondum usque adeò  
enictum, aut in liquidum deduci potuit. Et sanè  
quamobrèm humor ille acidus [vti nempé  
suprà contrà Hogelandum argumentatus est  
*Isbrandus de Diemerbrouck*] potius ad Venti-  
culum appuleret, quām ad OEsophagum, aut  
ad alias aliarum cauitatum membranosarum  
conglobatas glandulas? Respondebis fortassè,  
hoc instantūm contingere, inquantūm quòd  
specialis *disgregatarum*, siue *conglobatarum*,  
quę ad Stomachum sunt, glandularum struc-  
tura id importare videtur. Sed dic, quæso,  
quidnam peculiare inest ys glandulis, cuius  
ratione acidum potius quám alkalicum fil-  
tretur exindè, aut elaboretut? Profectò ipse  
structuram illam nullatenūs discriminare  
obseruo à structura glandularum conglobata-  
rum*

rum OEsophagi, Intestinorum, Vessicę, Pericardy &c. Vel igitur dicendum, quod acidum vniuersaliter depluit in id genus glandulis; & sic nullum esset acidum Ventriculi proprium: vel partes eiusmodi sunt deserendae. Replicabis iccircò esse fermentum quoddam innatum *sebaceis* illis Uentriculi glandulis, cuius vi salia illuc adproperantia in acidis conuertuntur. Ad isthęc tam absonta, & rationi sensuique aduersa homines venisse? Ades *Varro*, tecum proclamo.

*Postremo nemo argutus quidquam somniet  
Tām infandum, quod non quis dicat  
Philosophus.*

Quid enim tale fermentum à Veterum tum qualitate, tum facultate differt? Ac præterea, vt mechanico Iuniorum more loquamur, nonnè ingenitum illud sal à diutina labente pluia, idest sero [ quod perpetuò transit per dictas glandulas ] dilueretur planè, ac fornicatus expelleretur? Evidēt si de Conglomeratis tam *Vasculo-vessiculosis*, quam simplicitè aut *Vasculosis*, aut *Vessiculosis* sermo esset, non ambigerem, quin ob multiplicem fibram atque acinorum membranorum contextum, prædictum sal retineri conseruari, quin imò & renouari ibidem posset; verūm

in Conglobatis, idest *Sebaceis*, aut *Disgregatis*, quæ meræ sunt arteriolarum, aut minimorum lymphæductum extremitates in folliculos (vti pluriès significatum est) expansæ, id aliquandò contingat impossibile omnino reor. Postremò quæ causa esset, cur fermentum illud innatum in *sebaceis* Ventriculi glandulis potius, quam in alys eiusdem generis ad Intestina, Uefficam, Pericardium &c. existentibus collocaretur? Has igitur syrtes, cùu totidem Scyllas, cùm vitare vellet *Maiouu*, in Carybdim incidit, dixitque lympham Ventriculi aescere ob adiunctos sibi spiritus animales ita nimirūm, ut fermentum digestivum primariò oriatur ex spiritibus animalibus per neruorum ductus in membranas Ventriculi depositis, & ibidem speciali lymphæ membrane glandulosæ sociatis, è quibus vtrisque per vas a excretoria glandularum in Ventriculi cavitatem ingestis, inspiratis, liquor istius fermetatus componatur. Quippè quod spiritus animales sacra velut anchora in huiusmodi casibus existant, ac tutum ignorantiae asylum, quisquis nullo negocio iudicare potest. *Figmenta* (inquit D. Hertz) sunt hec, atque ad animalles fabulas proximè accedunt; quod & nos alibi,

*bi*, DEO dante, Ratione, atque autopsia ipsa comprobabimus. Atque ut palpabile aliquod argumentū etiamnū adducam contrā præfatū subterfugium D. Maiouu, sufficiat aduertere quòd ad *Sebaceas illas Ventriculi*, ut & ad alias consimiles glandulas, nullus pertransit nervus contrā illos, quotquot afferunt omnem glandulam nihil aliud esse quām compositum ex minimis quatuor vasorum ramusculis arteria nimirūm, vena, neruo atque excretorio vase. *Hac enim qui lumine corporeo perspicere valet* (inquit Verheyen) *eum Argο oculatiorem esse opportet*. Certò aliud indicare videtur glandularum moles, atque in pecudibus saporum diuersitas. Ratio quoque dictat opus esse aliqua speciali substantia, que dictos ramusculos quodammodo colligat, & in situ conuenienti detineat. Quid? quòd qualis sit *Sebacearum* eiusmodi glandularum substantia, iam satis inculcatum est (ut vnihi lominis adhuc fusiùs de eādem acturi simus in sequenti *Dissertatione*) Ex quibus adeò abbundè liquet nullum nervum influere in tales glandulas; tantūm arterias, aut lymphaticos tubulos, aut aliorum quorumcunque vasculorum extremitates, ut in Oesophago e. g. accidere *suprā ratum* fecimus: ac propterea neque animales

*Anat. Tr.  
ae. 1.c. 7*

*Sect. I. Ar.  
25.*

*Spiritus*

Spiritus lymphæ, de qua totiès mentio facta est, acorem conciliaturos esse. Adde, quòd à quâuis demum causa profecturus esset saporistiusmodi, sempèr aut Linguæ gustanti reuelaret se se, aut membranas Ventriculi mordēret &c. quod cum non faciat, hæreo an à spiritibus etiamsì animalibus inducatur? Sed vrgebit hic aliquis, acidum illud occasione duntaxat ingestorum alimentorum in Stomachum inspirari, adeoque non, nisi in ista actionem suam exerere. Ad quod resp. quòd qui hoc dicit, videtur velle quòd assumpta alimenta in Ventriculo velut ad fores, pulsent, spiritusque auocent illos qui acidum edolare sciunt. Verùm, si hoc esset, cùr fæces in Intestinis, vrina in Vessica &c. tales spiritus non impetrarent? cùr, inquam, fabri acidi potiùs, quàm oleary, alkalici &c. in Ventriculum descenderent? Si quis igitùr id facile factu putat, picturis eiusmodi pectus svum exfaturet. Ego nāque id ipsum difficilimum arbitror. pigetque quòd minùs Poetico paulòque tardiore atque imbeciliore ingenio sum. Postremò, quod spectat lactis coagulum ex Srum, Agnorum, Vitulorum &c. ventriculis petitum; si hi fontes sunt chyli, siue lactis, eoque imbuntur, atque

atque impregnantur , quidni cum lacte symbolizent ? quidni , inquam , gas illud lacteum exsiccatum situm contrahat , aut aco rem ? Iunge , quod coagulatrix illa virtus conciliari eisdem solet mediante immersione ipsorum in acetum , aut additione veteris casei &c. vt & bubulci norunt . Hoc posito , nempè quod fictitia sit illa aciditas lymphæ gastricæ , vanum etiam erit arbitrari , quod ista ob consimilem rationem in fermentum digestivum eligi debeat .

Sed concedamus tandem , ac demus vtcunque talem lympham non esse lympham è propria nominis vasculis , atque ex arteriis salientem ; sed recrementum quoddam velut à Conglomeratis glandulis ortum ducens , idque insuper salinum atque acidum ; quid est nihilominus quod menstrui chylificatiu nomen promereatur , si pauca est , quanta nimirum neque ipsi interiori Ventriculi humectationi sufficere interdum potest ? Ac propterea non ego illam existimo extitisse omnimodam bibendi necessitatem , vt videlicet ciborum compages magis laxetur , vtque ipsorum viæ magis lubricentur ; verum & ne dicta interior cauitas ex orundem fermentatione posteà exsiccaretur .

Quod vt credam , facit hēc obseruatio . Expressi scilicēt ego sāpiūs *Nerueam* Uentri- culi tunicam ; attamen ex huismodi ex- pressione nihil plūs vnquam exurgēre potui quam quod digiti fastigiū intingere valebat . Quid ergō in illam transcolet ? imprimis eo tempore , quo Ventriculus alimentis graui- dus , nedūm vt sollicitet , potius humorum accursum in se inhibet , atque abarcet . Et si adeò dicta lymphā vix supplēre potest oneri , cui vacat , qui insupēr alteri studebit , nem- pē ciborum fermentationi ? Vt autēm intel- ligerem aliquandō , an eadem lymphā so- lito copiosiūs exprimeretur in Ventriculum digestionis tempore cibāi multoties quo- dam famelicos molosso agnīnis pellibus , nigris ; quibus mōx ab horæ spatio cultro subiectis , inueni statim pelles illas , qua par- te Stomachi parietibus inhærebant , omni- nō intactas , pilis immutatis nulloque pitui- toso , aut glareoso humore delibutis . Quid ? quōd y potius propter humili absentiā quasi exarescebant : è contrā verō in centro , siuē in medio eiusdem Stomachi obseruaui protinūs bullas innumerās perpusillas è superiori ori- ficio ad inferius usque continuas susurrum quendam edere , siuē sibilum ; dictasque pel- les

les perindè liquefcentes, ac si in olla elixare entur, & quarum denique colliquiæ vnâ cum præfatis bullis ad Ventriculi fundum deuoluebantur. Quo viso, patuit profectò mihi, quatinùs inter digerendum minor lymphæ ad Ventriculum prouentus fieret, istumque humorem non esse illum, qui prefatas bullas excitaret: esse autem alium à superiori orificio defluentem, flavum, & de cuius origine adhuc plura *infrá*. Missa quantitate [ & quæ nihilominùs considerari debet, cùm requiratur proportio intèr fermentum & fermentandum, cùmque defectu illius praua vel imminuta chylificatio contingat] tantùm quod fermentandi rationem; si fermentum, intimè permisceri debet cum re fermentabili, quo pacto, quæfo, lymphæ gastrica, quæ iuxta internos eiusdem Ventriculi parietes defluere debet, plus decem interdùm panis deuorati libras [ quod Rustico cuidam nostrati euensis memini] penetratum ibit? Respondebis fortassè, fieri hoc mediante parte ipsius lymphæ volatili, magisque spiritosa ita nempè, ut aliquandò modicum fermenti ingentem farinæ massam peruertit. Sed regero ego; si partes pulmenti in Ventriculo existentis fixæ sunt, quomodò dissoluantur á

3.

volatilibus? Axioma certè hoc est Chymicum *Fixa non nisi à fixis, nec volatilia nisi à volatilibus fermentantur*. quandoquidem nempè dari debet conuenientia quedam, seu proportio pororum soluentis cum poris rei soluendę: quae tamen proportio inter fixum & volatile non inuenitur. Multo minùs quōque dissoluentur, si eadem particulae fixę homogeneae sint, hoc est eiusdem figure cum lymphä gastrica soluente. Quippe in tali casu nulla succedit fermentatio, vt liquet. Iam verò præter acida fixa, ingerimus etiam pinguis, oleosa, terrestria, acria &c. quae tamen à volatilibus dissolui nequeunt. Frustrá itaque configitur ad lymphæ gastricæ volatilitatem pro saluanda eiusdem actione indistans, & quò peruenire non potest. Paritas autém, quae additur de paruo fermento pastæ acervum subuertente, incongrua est. Quippe si, vti pasta in mactra, ita cibi in Ventriculo spatula, aut digitis subigerentur, mixtio illa lymphę cum alimentis fortassis obtineretur; verūm, cùm solidus cibus benè hoc adnotante *Vvall&o in viuis canibus s& apis-*  
*simè conspiciatur eum in Ventriculo ordinem,*  
*quo assumptus est, obseruare, nisi nimio potu dis-*  
*tentus Ventriculus sunt eiusdem verba fluc-*  
*tuare*

tuare cibum, & eum ordinem permittat immixtari, planum fit hunc non, vt pasta in macrâ , subigi, ac spatha, vel digitis depsi in Ventriculo , quo cum fermento digestivo incorpo-retur ; verum heic longè aliter se habere . Ac præterea pasta mixtum est vniiforme ex moleculis homogeneis , nempè triticeis e. g. æqualiter molitis constans : non sic alimen-ta, vt que velex pluribus simùl iunctis, at-que inter se diuersis mixtis comparantur . Quarè nec immerito demùm contrà huius-modi paritates sic inuehitur *Franciscus Pi-ens* : *Hac & similia argumenta si quis diligentè perpenderit , nisi per pertinaciam contra Verita-tem plane obfirmatus fuerit : non poterit non al-tem suspectare vulgarem hoc saculo sententiam de Fermentatione* ; mallem dixisset de Fer-mento propter chylificationem quasi in Ventricu-lo admittenda ; atque si voluerit rationes & ex-perimenta intèr se contendere , neutiquam in Ventriculo (nota) tale fermentum quale in mas-sa farinacea admitti posse , sed comparatiuè , vo-lens nolens statuere debebit . At nos iam tantùm vociferauimus .

*de Febrib.  
c. 5.*

— *Quantum nouies , deciesue  
Mille viri clamare solent , qui pralia miscent  
ex Homero : vidererque ipse velle Battolo-* *diad.*

gias, vt aiunt, omnes consumptum ire, si cunctas pariter afferrem rationes, quæ tam contrà vltimam, quam quæ contrà præcedaneas de Humore digestiuo sententias animo suggerebantur. Dicam itaque tantummodo, quòd vel leuitèr attachis earum difficultatibus non potui non illas reprobare, assensumque præbêre ei, quam pridem de *succo glandularum OEsophagi conglomeratarum* conceperam opinionem, nempè istum *veri fermenti chylificatiui* prærogatiua gaudere eò saltem, quòd isthæc minus obuijs scatere salebris; quin imò & omni ex parte Rationi atque Experientię, idest cum Veritate quadrare visa est, vt in sequentibus obuiam veniet.

XXI.  
Probatur  
3. positi-  
uē, & 1.  
ratione  
falsed in-  
is liquo-  
ris supr-  
adicti.

Ettenim; quòd verum illud sit fermentum, probat ipsius-met sapor. Nihil enim falsum quin sit & fermentativum: cùm nimirūm fermentatio quælibet à sale fiat. Quandoquidém igitùr humor glandularum OEsophagi conglomeratarum salinus existit, hoc est ammoniacalis, vrinosus, aut alkalinus &c [prout scilicet in *Anatomicis publicauimus*] concludendum remanet eundem humorem verum adesse menstruum, cuiusmodi nempe sunt etiám Bilis, Succus Pancreaticus,

Se-

Semen & similia salina. Sanè quippè illud ab eiusdē generis glandulis elaboratur, quibus & posteriora, videlicet à *Vasculo-vessiculosis*: cùm verò istiusmodi colatoria hoc peculiare habent præ cæteris Conglomeratis, vt sibi connata salia, seù quæ ysdem, veluti seminium quoddam, à Natura ingesta sunt, nunquam dimittant, ac neque aliquid de ys deserant, donec alia in deperditorum locum suffecta fuerint, sequitur proin, vt *OEsophagoe* illæ eademque & *Vasculo-vessiculosa* glandule, quemadmodū ab ipso, vt aiunt, ouo, hoc est à primordys generationis, sale prædicto ammoniacali imbutæ fuerunt, ità nihil aliud quam istud redoleant; nempé vt

*Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem* Horat.  
*Testa diu.*

sicque eiusmodi salis propagationi perpetuò incumbant: vtque aliqualem ipsius portionem enixaæ sunt, nouo adeuentante sanguine, vt acetarij cadi, congenera excepta salia alys superstitibus inficiant, pristinamque iacturam noua illorum accessione, tanquam emolumento, compensent. At quicquid de his sit, sufficit, inquam, sapor, vt eiusmodi menstruum contradistinguatur ab omni non ipso, hoc est à sero, lympha &c.

quæ

quæ OEsophagi tenorem seruant, aut vigorem.

XXIJ.  
2. Ratio-  
ne fulio-  
nis.

Iamque vel ex hoc ipso, quod tale menstruum OEsophagum humectare, aut lubricare nesciat, inferri sufficienter posset, quemadmodum id concernere debeat alimenta per eundem canalem decurrentia: nisi ex alia parte hoc abunde constitisset ex dictis circà Mechanicam, quâ nempè manifestatum fuit succum glandularum OEsophagi præfatum in hanc ipsam fistulam emulgeri tempore *Deglutionis*. Quorsum enim is tunc solummodo tenderet in OEsophagum, nisi competeret alimentis tunc solum pariter per eandem Gulam descendantibus?

XXIIJ.  
3. Ratio-  
ne com-  
mixtion-  
is cum re  
fermen-  
tanda.

Sed neque ob hoc tantum *veri fermenti Digesti* nomen promeretur laudatus liquor: dicit hoc svum etiam ex eo, quod in eadem *Deglutionis* actione cum cibis intimè commiscetur. Cum itaque vel de speciali fermentationis conditione sit, vt fermentum cum re fermentandâ exactè incorporetur, ceù nimirum in quo tota, Rolfinky dicto, eiusdem fermentationis actio consistit; hocque optimè succedat in casu nostro, respectu scilicet humoris glandularum OEsophagi conglomeratarum cum cibis per hunc ipsum OEsophagum

phagum deuolutis , supereft concludendum , quòd idem humor respiciat directe istorum fermentationem , siue , quòd verum sit fermentum ciborum digestivum , vt patet . Quòd autem talis incorporatio ritè contingat in nostra hypothesi , suadetur ex eo , quòd ex una parte Succus ille vbique depluit in Oesophagum per innumera vascula Nerueam istius tunicam passim perforantia , præcipuis nimirùm ramis anté , vt adnotatum fuit , in complures minores subdivisis : ex aliâ verò , quiâ alimenta priùs masticata , ac ferè spongiæ habitudinem nacta seriatim , veluti per syringam , intromittuntur in eandem Gulam à Musculo Pharingem constringente : quo fit proptereā , vt hæc , quasi pulpa , subtiliter admodum dictum intestinulum farciat ; dum verò propè singulę illius glebæ istius parietes adstringunt , ac semouent , exundantem vndique prefatum Succum abstergunt , euerrunt , exsuugnt , sicque tandem salinis , siue fermentaceis particulis saturæ descendunt in Ventriculum . Atque hoc profecto quòd efficacius obtineretur , arbitror concessam fuisse Oesophago illam longitudinem , quâ ipsum supèr Luras omnes atque Infundibula excellere diximus : nimirūm

nutritiuæ glebæ suo congruo interdùm non nupsissent sali, in longo illo dicti canalis tra-  
ctu eodem denique impregnarētur. Ultimò ad præfatam incorporationem facit ipse perif-  
talticus eiusdem Oesophagi motus, vt potè  
in quo annulares fibræ ( ne fortè tales ali-  
mentitiæ glebæ simùl iunctæ minùs de supra-  
dicto fermento absorpturæ essent) inter angus-  
tandum Gulæ cauitatem illas separant ab in-  
uicem, dissociatasque humore, qui in tali  
constrictione allicitur, imbuunt ac suffundūt  
sic, vt manus pistoris imitando easdem de-  
psant, cum digestuo menstruo subigant,  
tundant, misceant planè.

XXIV.  
4. quia  
est hom-  
ogeneus  
cum ali-  
mentis

Excipis, rem vtcùnque sic se habituram,, atque alimentitias glebas se se vtique cum suposititio nostro fermento marituras, si, quemadmodùm diuersi sunt illarum pori, sic salium huiusc fermenti figura variaret; verùm cùm vnicū hoc existat, & talis salium conformatio simplex, quid est, inquis, vnde eiuscemodi coniugium exspectetur? Ad hominem certé, vt vocant, hoc argumen-  
tum est, iustèque retorquetur in me quod aduersus Bakium suprà sum iaculatus. Incon-  
cussum quippé est Chymicorum dogma, quòd fermentum homogeneum esse debet cum reso-

de Comp.  
Medic. c.  
67.

resoluendis ; quam regulam ita exemplificat Ettmullerus : *Vegetabilia resinosa*, qualia sunt imprimis purgantia , item plantæ aromatice & suauenolentes requirunt menstruum homogenium, *Spiritum vini*, qui est salso-sulphureo volatilis . Alia mucilaginosa vegetabilia , aut viscosa requirunt menstruum aquosum , v.g. rorrem maialem aquam tonitrualem, item aqua simplicem destillatam . Alia requirunt menstruum acido-salinum , uti est aqua acidæ , aqua aceto impragnata , & sic porrò . Pluribus hoc quoque ostendit in *Comment Ludouic. Colleg. Practic. de Morb. in gen. & alibi.* Et sanè , ni daretur conuenientia illa , siue proportio inter particulas menstrui soluentis ad poros corporis soluendi , nescio quo pacto in hos impetum facturæ essent tales particulæ , quoue instrumento velut arietati interiores istorum parietes ad extremum essent collapsuri . A pari ergò , cum insit & in nostro corpore ( ipsius etiam *Hippocratis testimonio* ) & amarum , & dulce , & salsum , & acidum , & acerbum , & fluidum , & alia infinita omnigenas facultates habentia , copiamque & robur ; neque porrò hæc aliundè , quam ex alimentis proligantur ; quatinus scilicet præter panem , assumimus acida , amara , acria ,

de Ver.  
Medic. ss.  
24.

aromatica, pinguia, dulcia, insipida, acerba &c. qualia nimirum sunt olera, salgamata assature, iurulenta, bellaria, embammata, & sexcenta alia palati scitamenta non tantum à Vegetabili, quám & ab Animali, ac Minerali regno petita, vt benè coqui atque obsonatores norunt: si proindè vnicum duntaxat daretur fermentum digestivum, quid est, quæso, cùr hoc homogenium dici possit cum tot rebus fermentandis, idque ipsum singulare menstruum tot eduliorum solutionem, siue fermentationē tandem esset euicatum? Pace tamen ista opponentis, dicam, tantum abesse, quin eiusmodi argumento totum obruatur nostrum de *humore digestivo* sistema, vt indè potius fulciatur magis roboreturque. Nouimus enim Succum, quem pro tali menstruo agnouimus, non esse simplicem, merum videlicet acidum aut merè alkalinum &c. sed multiplicem, in quantum quod à pluribus ysdemque intèr se diuersis glandulis suppeditatur. Quandoquidem igitur multigeni menstrui variæ sunt particulæ, quæ item diuersis rerum soludarum poris quadrare possunt, manifestum fit illum, nempè humorem, hâc præ reliquis suprà enarratis prerogatiua gaudere.

vt

vt nimirūm meliùs omnibus, cum poris ali-  
mentorū ut diuersimodē figuratis con-  
ueniat, proindèque uelob hanc causam *veri*  
*fermenti digestivi* encomio ante alia esse mul-  
ctandum. Contendis nihilominus me liquo-  
rem supradictum, vt ut à varijs glandulis  
promanantem inuenisse tamen vnius, aut al-  
terius speciei, idest vel armoniacalem dun-  
taxat, aut falsum, vel vrinosum &c. qua-  
propter hunc non esse tam vniuersalem, vt  
multiformibus ciborni poris correspondere  
valeat. Ad quod resp protulisse me hoc idcir-  
cò, quod sèpè degustatum illum tales com-  
pererim: non vero vt significarem ipsum esse  
sempè, atque ubique similem. Quippè haud  
institueram *Chimosiologiam* confidere humo-  
rum glandularum OEsophagi: tantum aduer-  
tere, que incidenter ipsos concernissent, &  
præcipue cum tales saporum descriptione  
ex una parte parum ad rem facere, ex alia ue-  
rò factu penè impossibilem existimatsem. Non  
fugerat quippè quam distarent viuentia à ca-  
daueribus in quibus scilicet *Anatomica* eius-  
modi tentamina exsudanda erant: quam itē  
fani à morbosis &c. (quemadmodum uel du-  
dum etiā insinuaui.) Quę cum ita sint fru-  
scrà redarguor dicacitatis. Et præterea nonnè

alibi pariformiter declarauit quamobrem, præter eundem succum salso-muriaticum urinosum, stillabat etiam aliis sulphureo-uolatilis, itemque aliis acido-spiritosus &c. à glandulis *Trachealibus* tergeminis, hoc est *Parenchymatosis*, *Atro-luteis*, *Carneis*, *Sanguineo-adiposis* &c.? nonnè, inquam, aliis indicatus fuerat à glandulis *Prima divisionis Asperæ arteriæ* procedens, quasi lymphaticus & qui ab hactenus memoratis longe latèque dissentit? Mitto discrimen, quod intèr *Gastricas* & *Dorsales*, inter has & *Bronchiales* rursusque intèr istas atque alias *Prima Asperæ arteriæ divisionis* præfatas, atque, vltimo intèr *Tracheales* & *Thyroidream* intercedere denunciauimus: quod tamen discrimen cùm nihil aliud quam totidem diuersa munia hoc est diuersas filtrationes, aut recrementa importare videatur, superuacaneum proptereá duxi istorum sapores inquirere, deque salium in tot numero fluidis multiplicitate dubitare. His non obstantibus adhuc sortassè inculcabis, talia recrementa in tantà quantitate nō existere, quanta est copia diuersorum pororum, quibus assumpta, interdùm innnnmera, alimenta scatent. Sed respondeo haud opus esse, vt numerus fermentorum

ref-

respondeat numero soluendorum ; cum videamus sèpè sèpiùs, quòd idem fermentum etiàm diuersi generis mixta resoluit tùm per se, tùm verò maximè, si precesserit aliqualis præparatio, vt in Vegetabilibus Contusio, Maceratio, Putrefactio &c. Quippé sic istorum pori ad vnam quasi simplicem configurationem rediguntur iccircò aptam vel vnius menstrui moleculas admittere atque amplexari. Quamobrém in casu nostro, cùm Deglutitioni præcedat Masticatio, facile est arguere, quòd cibi sic atterantur per dentium molituram, vt feré simplicem porositatem naëti cùm paucioribus deindè fermentis concordare possint, quàm vt antè non concordassent. Vndè non immeritò emanauit proverbium illud *Prima digestio fit in Ore*, fluxitque trita illa obseruatio vel apud vulgum, quòd *cibi quò plus masticati eò melius digeruntur*. Fluida verò alimenta cùm integrantes particulas habeant ab inuicem satis diuisas, eiusmodi præparatione non egent, texturâ nimirùm sua integratibus cuiusvis menstrui partibus vltrò nubere idonea.

Dixi partes integrantes, ad differentiam essentialium, vtpotè quòd secundum has omne fermentum etherogeneum esse debet cum

xxv.  
5. nec nō  
etherog-  
eneus.

re fermentanda . Sciendū enim [ quod & pri-  
mariū est Tyronibus præcipue Medicis ru-  
dimentum ] componi vnumquodque corpus  
duplici illo genere molecularum; vt uero ista-  
rum notitia velut ab ipso fonte, vt aiunt,  
hauriatur, libet huc adducere Textum per-  
spicacissimi Viri D. de Saint-André qui est hu-  
iusmodi: Les parties composées (*sive quæ,,*  
*ex elementis resultant*) sont Essentielles, ou ,  
Jntegrantes. Les Essentielles naissent du ,  
melange des simples, qui se lient, s'accro-,,  
chant d'vne certaine maniere, & les Jnte-,,  
grantes de l'vnion & de l'assemblage des es-,,  
fentielles. Les parties Essentielles sont dif-,,  
semblables entre elles, & de nature differen-,,  
te du tout, qu'elles composent, les Inte-,,  
grantes sont toutes sémblables, & de mo-,,  
yenue nature entre elles, & avec le tout. Les ,  
premieres sont de l'essence du tout. elles ne ,  
pevuent se desunir, qu'il ne perisse, où qu'il,,  
ne s'altere considerablement. Les dernieres  
ne luy sont point essentielles: elles pevuent ,  
se desunir sans le detriure, & sans luy cau-,,  
ser vne alteration considerable . Nimirum  
particulæ Integrantes fiunt ex salibus per  
sulphurea stamina cœu ln fasciculos colliga-  
tis : essentiales autem sunt ipsa met salia siue  
simul

Reflex.  
sur le M.  
edic.cha.  
l.

simil vnit, siue ab eodem nexu sulphureo vindicata. Quo fit proin, ut homogeneous menstrui soluentis cum poris rei soluendae de Integrantibus tantummodo censenda sit. Nam quod Essentialis; a conuenientia illa frustra exspectaretur fermentatio. Quandoquidem Integrantibus tum fermenti, tum & rei fermentandae particulis simil commissis, ac quasi consertis, ni aliquid sic circò huic foederi refragaretur seditione concitaret, omnia protinus in suo pristino, seù pacato statu continerentur. Requiritur propterea disproprio quedam inter salia fermenti & fermentandi adhoc, ut euincatur fermentatio. Ex ea namque æther, seù materia ætherea, aut subtilis *Carthesiana* cum impediatur, quominus recta ex consueto ritu permeet utrumque illud, id est fermentum ac fermentandum, turbat, miscet, confundit omnia: dumque veteres quaerit meandros, facit protinus, ut alterius partes in alias acte se se adoriantur, findant destruant uicissim, donec tandem alys ceruice fracta, alys latere dempto, siue, quod planius, ambarum partium compage exsoluta, noua inter ipsas modificatio, erasis, vnio, aut concordia crescat. His ergo sic stan-

**Y**tibus

tibus; quoniām liquor glandularum Oesophagi *Vasculo-vessiculofarum* uarys constat particulis tūm Integrantibus, quarum ratione cum alimentis utut itēm diuersi generis conuenire potest, tūm & Essentialibus, quas multigenæ Officinæ suppeditant; quęque idēo aptæ sunt cursum etheri inhibere ac per consequens tumultuare, & cum quocunque extrario corpore dimicare, planum fit porrò idoneum esse illum fermentandis alimentis cuiusuis generis, atque adeō *verum* esse *fermentum digestivum* quæsitum.

XXVJ.  
Quomo-  
dō solu-  
at alime-  
nta!

Locus hic modò postularet ut ratio paritè exponeretur, quâ talis fermentatio conficitur: Hæc enim postrema est quæ conditio [ aiunt Chymici ] in unoquouis menstruo attendi debet, scilicet quemadmodum hoc mixta, cum quibus conuenerit, exsoluat. Verùm ea res, cùm Ventriculum concernat, utpotè in quo lucta huiusmodi exercetur, alibi iecircō declarari petit, puta in seq. *Dissertatione*. Interim tamèn, & ne hæsites circà illum modum, utrùm nempè talis explicatio fœlicitè sit successura in nostra hypothesi, nec-nè, sufficiat iterùm mente excolare, quæ attulimus de multiplicitate humoris ab Oesophagi glandulis effluentis: quatinus ni-

mi-

mirum aliis est aquosus (serum sanguinis ab arteriarum finibus profiliens) qui simpliora corpora, excepto sulphure, dissoluit; aliis oleosus fixus, siue sulphureus lympha glandularum *Iugularium*] qui sui generis mixta peruidit. Hæc autem cum & in Ore magnam partem recolligantur fit, ut bolus panis e. g. masticati soli expositus chylescat, & ramenta carnium dentibus inherentia candescant &c. inquantum nempè quod serosæ, atque oleosæ particulæ liquant ea salia, à quibus lux reflectebatur ad eum modum, quo pani cinereus, & carni sanguineus color antè conciliabatur: minimè vero ex eo, quod saliuæ menstruum quasi universale sit, idest totale Chylificatiuum. [quemadmodum scilicet plures, inter quos recentissimus *Andriolus*, nuper hodièque existimarunt Sed de his alibi. Prætereà aliis est humor volatilis oleosus (lympa glandularum *prima diuisionis* Asperæ arteriæ) qui mucilagineas moleculas penetrat; aliis salino-sulphureus, acido-volatile, alkalinus [liquor glandularum *triplicis generis Trachealium*] qui paribus miasmatis nubere ualet: aliis denique falsus, armoniacalis, urinosus, acrius fixus &c. à *Dorsalibus, Gastricis*

cis , consimilibusque *Vasculo-vessiculosis* emanans , à quo acida omnia , austera terrestria acria , atque huiusmodi alia imbibi , ac fermentari didicerunt . Quę cum ità sint , nil deest quominus ratio constet , proptèr quam succus glandularum OEsophagi modò recensitus alimenta soluere dicatur ; atque adeò patet non carere hunc vel minima prærogatiua ex ys , quę *veri fermenti digesti* titulum præse ferunt .

xxvij.  
Quæstio.  
An solu-  
tio alim-  
entorum  
sufficiat  
ad Chyli-  
ficationem;

His consideratis , credideram iàm omne tulisse punctum , vt fertur , & colophonem imposuisse me ys meditationibus , quæ ad stabiendum verum fermentum chylifica- tivum préfatum exiguntur : cùm protinús increbuit animo non leuis suspicio , an vi- delicè fermentatio sufficiat ad Chylifica- tionem : Ratio dubitandi fuit , quia effectus fermentationis vel est mixti alteratio , vel vltima eiusdem resolutio : vtrum autèm ve- lis , id certè chylum dare nequit . Nàm alteratio , quæ verè ordinarius est fermenta- tionis effectus , contingit tūm ob nouam sali- um , tām intèr se , quām cum alys particulis mistum componentibus , vnionem , aut con- temperationem , tūm ob partium non misci- bilium exclusionem quæ partes non sunt

mlsci.

miscibiles aut ratione ponderis, vndē leuiores auolant, grauiores ad fundum præcipitantur, aut, quod frequentius, ratione figuræ. Est ergo rerum quarundam *separatio*, & accidens quoddam necessarió consequens fermentationem, non verò essentialis eiusdem effectus. Vbique enim salia ob id agunt in se inuicem, vt se vniant: quod nūnc faciunt immediatè, si sunt sola, vt in eisferuescentiā, nūnc mediatè, vt in fermentatione, si sunt alys nempè sociata. Ex qua noua vnione ingens misti sequitur alteratio in colore, sapore, consistentia, & alys proprietatibus, ita vt nulla ferè in rerum natura peragatur alteratio, neque generatio aut corruptio, vbi non intercedat fermentatio. Ultima autem misti resolutio rarior & ultimus denique fermentationis effectus est ad quam verò non nisi per iteratas fermentaciones fit accessus. Quoties nāmque contingit fermentatio, totiés fit noua salium vnio, partium volatilium auolatio, grauium, vel alio modo immiscibilium ad fundum exclusio: vndē sensim sensimque salia arctius se vniunt alys particulis relictis; donèc tandem vel uno sale dominante, altero oppresso, vel ambobus intèr se arctè

tantum vnitis, aliarum consortium relin-  
quatur: vnde vinculum mistionis à salibus  
oriundum tandem resoluitur, & mistum  
in componentes se immediatè particulas  
tandem dirimitur, id, quod *putredo* appelle-  
latur. Hęc ferè ex *Ettmullero*. cùm ergò siue  
illa partium translocatio, vnde alteratio est,  
siue earundem dissipatio, vnde mistum vlti-  
mò resolui dicitur, ad essenitam chyli non  
faciant meritò dubitatur an chylificatione  
absoluatur per fermentationem?

xxvij

Respon-  
detur q-  
uod non

*Quid?* quod tutius mihi visum est dein-  
dè negatiuam sequi partem, & cùm prete-  
reà nouerim Chylificationem esse *cili Spotus*  
*in chylum conuerzionem*, idest, hanc in essen-  
tię vtriusque transmutatione consistere; quā  
transformationem certè nulla fermentatio  
efficere valet etiàm à maximè solutuo men-  
struo inducta, vt consideranti liquefcit. Nec  
*vacat dicere*. produxisse aliquandò *Tache-*  
*nium*, *Boyleum* & alios chylum naturali simi-  
llimum ex quibusdam alimentis moderati  
caloris beneficio per menstrua subacida vo-  
latilia, quę non erant, nisi soluentia. Näm-  
que ad hoc respondetur, chylum non fuisse  
illum; sed tincturam quandam colore ad  
chylum accendentem, qualem etiàm tinctu-  
ram

*Hij Chym**c. 13. p. 76.**Experim.**Phil. p. 2.**p. 20.*

ram ex lithargryo & aceto v. g. in facto Cosmeticorum , seu lactis Virginei parat *Zapatta* : cæterò quod substantiam , hanc nunquam chyli loco extituram, imò ab hoc multùm variaturam , prout à Viro Experientissimo [ & qui nihilominùs ob hoc ipsum nominis sui silentio me obligauit ] pluriès compertum factum fuisse sciò . Et sanè chylus communi voce est *liquor plerūmque candicans* [ siquidèm & variè coloratus á plurimis conspectus est , vt & abs me in Vaccis virescens verno tempore ] *liquor* , inquam , *candicans* , *subdulcis* & *quasi insipidus* , *ex esculentis* , & *potulentis confectus* , & *proprio vitali charactere donatus* : quam nouissimam qualitatem , missis coeteris , dic , quæso , quodnam fermentum ipsi chylo conciliaturum esset ? quale , inquam menstruum huic succo talem imprimet characterem ? Sed inhærendo ad hominem , respondebis fortassè , inesse Saliuæ , humori OEsophagœo , Pancreatico , Biliaro &c. eiusmodi vitalitatem , quatinus nempè hæc à vitali principio , hoc est corpore animato , dependent ; à quibus iccircò chylus talem capesfit characterem . Verùm enim verò dependentiam illam non sufficere ad vitam huic imper-

*In Secret.*

impertiendam , & qua tamen vita insignitus  
est chylus , abbundè liquet ex eo, quòd dicta  
recrementa , saliuia nimirúm , bilis &c. præ-  
tèr motum fluidi, nihil aliud ab anima in se  
asciscunt : cùm é contrà chylus , prætèr ta-  
lem motum idæas etiàm , [ si Marco-Marci  
credinius] in se contineat illas, quæ vel ad ip-  
sam animam valent informandam ; vt re-  
uerá videre est in pusionibus , qui cum lacte  
exfugunt Nutricum mores : id , quod & plus  
quám millenis testimonij comprobatum  
manet. Excipis nihilominùs idæas has præ-  
stari sufficientèr à Spiritibus animalibus .  
Resp. & quidèm more meo barbaré: hoc verū  
non est. i. quia hi spiritus è Sanguine , atque  
ex chylo progignuntur. Quamobrèm vel cir-  
culus committendus est ità nempè , vt effe-  
ctus producat suam causam , vel ad aliam  
materiam configiendum , vndè illæ ideę  
hauriantur. Proptèr quod adeò instas , esse  
Spiritum , quem vocant *Plasticum* , qui in  
fœcondatione oui alios in hoc contentos de-  
terminat ad mores imbuendos. Sed resp. hu-  
iusmodi Spiritum , aut genium Plasticum ,  
potiús fanaticum [ neque enim me conti-  
nere possum , quin identidèm talia voca-  
bula irrideam ] nihil , meo videri , esse aliud ,  
quàm

quām materiam motam, mouentem materiā oui quiescentem, & si quid præterea est aliud assigna; at nil porrò te repositurum puto, nisi fortassè, quòd genius sit ille à parentibus suffectus instillatus: in quo tamen multa committerentur absurdia, & præcipuè dicendum esset quià Procerum animas in vnumquempiam Posterorum pariformiter cumulari ac traduci debere: quam scilicet errorem excogitauit hoc quo *Daniel Sennertus* vel ex hoc tamen facile sufflaminabilem, quòd pusio Nutricem lactens, non Parentem, illius potiùs, quām istius indolem sortiatur; ex eo verò, quod dictus *Plastes* sit ipsa materia oui in motu posita, non est certè, vndè inferas illum productvrū idēas, aut species vitales in chylo existentes, sed potiùs morbifica miasmata, vt quotidiè vſvuenit. 2. quià Spiritus animalis tám inflvus, quām insitus nihil habet commune cū chylo: ille, quòd in Os, OEsophagum, Intestina, inque alias consimiles cauitates ruerre haudquaquam consueuerit; hic, quià, cùm materia dicatur esse, quæ materiam in carnem, in offa coagulat, falsò ad lacteas venas deriuatur. 3. demùm, quià doctrina hæc de Spiritibus animalibus, vtpotè tauthologica

nimis, & multùm Medicorum genio impo-  
nere comperta, circunspectè venit usurpan-  
da. Sed quicquid de his sit; chylus certè  
prærogatiuis pollet, quas in menstruis, etia-  
msì animatis non est inuestigare. Iunge igi-  
tùr, & cùm Chylificatio sit vera transmu-  
tatio[ vt diximus, vtque Physici omnes fa-  
tentur] totalem ipsius actionem in solutiuis  
fermentis haud esse fistendam. Replica-  
bis iccirco, non opus esse menstruis, quæ ad  
OEosphagum emendicauiimus. Resp. hoc fal-  
sò inferri. Quippè quòd rarò succedit tran-  
smutatio, nisi præcesserit fermentatio. Pro-  
batur hoc in Argyropœia: in qua, ni Ve-  
nus v. g. priùs ritè purificata, tūm cum vrina  
& sale rectificata, ac demùm cum arsenico  
cohobata fuerit, frustrà, accedente post men-  
struo trāsmutatio, Luna exspectatur. Sic  
itàque & in *Chylificationis*, nisi alimenta  
idoneorum menstruorum, veluti præparan-  
tium, phases antè pertulerint.



SEC.

# SECTJO TERTIA

## DE VERMIBVS.



ST sciscitanti demùm quid insupè conducturū esset ad Chylosoes perfectionem, subyt meminisse illius Textus Ettmullerianus, qui ità sonat : *Dicamus ergo inesse fermentum, quod cibum masticatum, & saliali menstruo probè subactum potuque plus minus dilutum incidit, penetrat, dissoluit, & talem in assortis alimentis motum intestinum seu genuinam fermentationem excitat, mediante qua & volatilis antur eadem, & simul fermenti istius specifico appropriato, tali subiecto vitali textura & qualitate, seu, ut vocant specifico vitali charactere insigniuntur, qua mediante huic, & non alys subiectis chilis conueniens emergit, & qua deficiente, nec assimilatio cum sanguine, nec commoda nutritio fieri potest sed morborum ubique sparguntur semina. Ex quibus proinde verbis obuiam fuit argumentari, quatinus præter fermentum solutivum, de quo*

J:  
Quid præterea re quiratur ad Chylicationem?

Instit. ff.  
1. c. 7.

in precedenti *Sectione*, requiritur præterea aliud distinctum, nempè *vitale principium*, cuius ratione alimenta per supradictum menstruum soluta hinc inspirentur, tanquam insuflentur, hoc est viuificantur, aut tali modo moueantur, vt idonea euadant animato corpori nutriendo ac sustentando; indè verò, vt arrepto symbolo, idest sale quodam, quasi seminio chyloso, ad extremum in consimilem, nempè chylosam materiam transformatur: planè, sicut in Chrysopœia [arrident iterum circà hoc exempla Spar-gyricorum] videmus Mercurium, aut aliud quoduis metallum iam debito modo præparatum, idest alkoolizatum, purificatum, cohobatū &c. paruo Solis in propriam medullam constricti (quale secretum constringendi aurum fuit impostoris cuiusdam *Mamugná* apud *Cæs. Campanam*) auctario, aut alterius, quicunque Pulus *Projectionis* appellatur [qui tamen neque est aliud, quam idem aurum restrictum, idest essentificatum] in verum aurum tandem degenerare: vel quemadmodum minima cuiusvis Spiritus mensura in infinitum usque multiplicari potest, docente hoc D. de *Moncōnys*. Quippè nimirū fermentū quodlibet transmutativum *Ru-*  
*lando*,

Hist. del  
Mundo  
Año 1590

Liber.  
tom. n.

lando, est materia firma, tanquam fixa, quæ sua naturæ materiam ad suam firmatam conditio-  
nem præparat, quæ etiām antè præparationem non magis, quam illa habebat, ut fermentum panis [explicat id ipsum sic vterius Bruno] est farina firmata in pastam, quæ farinam similem raram & discontiuam in aliam pastam, fermentatam adducit *Hinc igitur* (concludit sic pro nobis etiām idem Rulandus) fermentum Chymicum transmutativum fermentandum, cui adiunctum est sibi assimilat: siue in, nostro ca-  
su vitale principium suprà memoratum ali-  
mentorum solutionem, hoc est tincturam in chylum, cum quo analogiam dicit, trans-  
formare debet.

Bellè, inquis, dixisti pulchrè; sed annè tale principium inuenire est in Viuentibus quæ chylo nutriuntur? Hanc instantiam cùm aduertissem aliquandò, de responsione, fateor, minus sollicitus esse cœpi. Non fugerat nàmque existere ferè in Viuentibus quibus-  
cunque animalcula minutiora: quæ cum vitâ donata sint, hæc porrò vitalitatis primor-  
dia vtique vocari possunt. Dubium tantum in eo obuersabatur, vtrum animalcula hæc congruum vitę pabulū suppeditare queant? siquidèm patuerat, ex ipsorum contubernio,

Theſaur.  
Curation.  
Empur Ce-  
nt. 1. 26.

in Lex.  
Castell.  
Verb. Fe-  
riment.

IJ.  
R. Verm.  
mes, aut  
istorum  
oua.

destrui potius animalem OEconomiam, quā  
vt consimilium hospitum beneficio regeretur.  
Verūm re melius penēs me considerata: si-  
uē, vt aduerti posteā complura animalia alys  
in optimum nutrimentum cedere, vt Mu-  
res Felibus, Lacertæ, Buffones anguibus &c.  
imò ipsa vnius speciei alys eiusdem classis,  
vt innocue alites Rapacibus, pisciculi  
Aquatilibus voracioribus, muscę Scarabœis  
Vespis &c.; cum item ex alia parte in com-  
perto habuisse nocumenta, quæ corporibus  
imputantur ex illorum hospitalitate, pen-  
dēre maximam partem ex eorundem hos-  
pitum aliqua crisi, vt posteā fiet palam, in  
eam denique sententiam descendit, vt censu-  
erim dicta animalcula potius Vitæ eorum,  
in quibus degunt, inferuire, quām vt ysdem  
aliquid detrimentum faceffant: siuē chylum  
nupèr insinuato modo parare. Excipis adh-  
ūc, Mures Pisces, Volucres, & cœtera pre-  
dicta animalia comeſta, vuiuaque degluti-  
ta in chylum abire posse: minimē verò quæ  
voranti intus adnascuntur, vt Vermes, lum-  
brici, termites, & similia insecta. Quid?  
quòd vtut abeant licet, alimenta tamen  
sic, vti præsumitur, transmutare nequeunt.  
Resp. imò esse istahæc, nempè Vermes, lum-  
bricos

bricos, nec non ipsorum semina, quæ Chy-  
lificationem perficiunt, ut in sequentibus  
inclarescet.

Primò námque eiusmodi insecta, in om-  
nibus penè viuentibus obseruantur; & pri-  
mò in omnibus herbis, teste *Kirkhero*, vi-  
dentur minutissimi Vermiculi, qui iuxta  
herbæ, plantæ conditionem generantur,  
qui mox in papilionem, mox in alterius in-  
secti volatilis speciem degenerant: Secundò  
in omnibus Animalibus se se produnt dicti  
Vermes, in Ventriculo, OEsophago, Inte-  
stinis, coeterisue partibus, quemadmodùm  
commentatus est *Redus* speciali libro, cui ti-  
tulus *de Viuentibus, quæ in Viuentibus obser-  
uantur*, ferè per totum: denique in ipsis Ver-  
mibus, seù in ipsis Insectis, prout vel in ys  
quæ brassicas pascunt, non itá dudùm ad-  
uertit *Cestonus*, adeò planè, vt à nonnullis  
pro seminio vniuersali habita sint talia ani-  
malcula: aly etiam ex yis quintum clemen-  
tum stabilire voluerint. Quo posito arguo  
sic: Improuida & plusquam inconsulta di-  
cenda esset Natura, si, cum omnia ordinet  
in vitæ vitalis gratiam, tot nihilominus hos-  
tes præesse eidem atque imminere voluisset,  
ut ab ipsorum morsibus vix elabamur: quarè  
cùm

III.  
Probatur  
ex ipsor-  
existenti-  
à in vn-  
quoque  
viuente

Scrutin.  
Pest. l. à  
Exp. 3.

Tom. 2.

Epis. Ital  
ad D. Val  
lisnieri.

cùm illud falsum sit, hoc est, ex trito illo Physicorum verius verbio, *Natura suorum operum semper intendat perfectionem*, venit concludendum non obstat ad Vitam prædicta Insecta: imò vel ex hoc, quòd ceteris animantibus numerosiora sunt, eò maiorem illorū necessitatem spectandam esse. Nulla verò potior viuendi ratio, nisi vt nutriamur. Ecquid igitùr vel in intimis Viuentium visceribus Natura tales Opifices, seù chyli fabricatores non condidisset?

IV.  
In succo  
utnritiu-  
o Plantarum.

Atque vt hoc magis elucescat, considera singulas viuentium classes modò indicatas Intuere imprimis Quercum, Vlmum aliasque huiusmodi Plantas; videbis verno tempore, præcipue in Vlmo suprà & circà eiusdem folia innumeræ bursulas inæqualiter rotundas, primò virides, deinde rubentes procedere ubique ex productione fibrarum lignearum, quæ nutritium succum deferunt tūm ad eadem folia tūm & ad ramos continerèque in se atque incubare magnam granulorum nigricantium copiam, & quæ tandem in paruas muscas faceſſunt. Hæc ergò granula si ab extrà illuc hyberna tempeſtate, aut qvùm arbores vigere incipiunt, deferri existimas, ſtultitia. Nam quæ foecunditas

ditas hyemis? quę causa est, quamobrèm id genus ouorum illi soli plantę adglutinetur? Prætereà nonné secùs tenella foret eiusmodi capsularum substantia? cùr autèm leui conatu dirimi nequàquam potest? cur, inquam suo quæque pedunculo donantur foliorum instar, aut demúm cùr tales cystides nullibi sunt perforatinatæ? Et si verò ab intrà emergit illud semen, quid ni aliquem in humore Vlmi nutritiuo causabit alterationē? Hanc ego proptereà, alterationem arbitror consistere, in eo, quòd, cum prædicto tempore turgescant ovula præfata, tendantque ad exclusionem, in tali porrò fermentatione, quasi agitatione, aut bullicatione, humor cui innatant, huc, atque illuc percitus, ac rarefactus conuenientem vegetabili mixto tempiem nanciscatur, sicque vel vltrà ramorum ipsius arboris extensionem progreedi idoneus euadat. Ettenim neque hic simulare possum vidisse me sæpiissimè in ys vessiculis, & circùm prælibata interdùm etiàm exclusa oua colliquamentum quoddam (illum nempè humorem, quem pro insigni Cosmetico habet *Bauhinus*) mobile instar argenti viui, albicans itidèm, & glareosum, quod fortè digitis friatum glutinis mores

A a

refe-

*Pinac. l.  
11. sect. 5.*

referebat, adeò planè, vt non alibi melius liquor Vlmi nutritivus sub conspectum cadat. Junge ad extremum (at per parenthesin tantum, siue animi gratia, vt dicitur) quòd iám ab aliquot annis [ ex quo scilicet minutias huiuscemodi obseruare pergo ] quotiès accidit insolentiorem, quàm vt aliàs decuisset, tām dictarum capsularum quàm alterius cuiuscunque in arboribus excrescentię verminantis, farraginem adspexisse, ex hac posteá annonę fertilitatem auguratus, voto nusquàm fraudatus sim: id vide licet, quòd, in pleniorē Succi ritè digesti è terrā prouentum refundendum erat. Prætereá ex Vermibus, siue ex istorum ovis pari, aut digeri, hoc est attenuari & certo modo motari talem Succum indicio est hęc altera Obseruatio: Hoc anno, DEO sit laus, satis feraci[ in compensationem saltim duorum præcedentium, qui ob cœli inclemētiā hyeme anticipata ferè nihil attulerunt] 1711. legebam fortè in agris maximam florū turgescentiam; ex quo subindè ad vicinam sepem digressus, dùm ibi paritè intueror complura arbusta innumeris floribus, vt sic dicam, redimita, incido fortassis in Rosam silvestrem, *Cynosbaton*. Huius igitur

tùr rursús insignem florum luxuriem admiratus, dūm postea spongiarum, quæ eidem arbori succrescere solent, rudimenta uidè inquiro, en! uideo intèr hos flores tetragonias aliquot excrescentias, rursùmque alias etiàm pentagonas angulis obtusis atque inter se inæqualibus propendere hinc indè è totidem ramusculis rosarum genuinarum instar, vt quarum etiàm formam imitabantur, quicquid in reliquum ab eisdem toto, vt aiunt, cœlo différēt. Proptèr quod porrò partvum huiuscemodi monstrosorum causam in apricum diducturus excerpti earum aliquot, hisque mòx cultro dissectis, compéri statim ligneam excrescentiarum prædictarum substantiam valdè crassam ( ità nempè, vt neque ferro facilè aperiretur ) fermè in meditullio suo scrobiculos continere nucleis cerasorum abscondendis facilè pares tresque aut quatuor numero in vna qualibet excrescentia, prout etiam in singulis eiusmodi scrobiculis tres, aut quatuor vermiculi continebantur teretes, albi, diaphani, nigraque promuscidè ad os vt & annulis per totum corpus instructi. His itaque exploratis cessauit ratio vltérius dubitandi, vtrum hi vermiculi, aut ipsorum semen ab

extrà prorepfissent in præfatas tuberositas, nec nè. Neque enim istarum durities, & spissitudo id ferre poterat; & si adeò ab intrà superuenerunt, quorsum hæc, nisi ad ipsius arboris incrementum? Testimonium huius rei amplissimum perhibebant noduli illi lignei, siue tubercula in finem ramulorum eiusdem plantæ coaceruata. Vndè namque ista: nisi ex eo, quod illuc prolixè succi alibilis flumen affluxerat: fluxit verò, quiá à turgescente verminoso semine inflatum fuerat, ac deriuatum. Postremò fidem faciunt inter alias herbas, etiàm brasficæ omnes. Harum ego incrementum cùm aliquandò considerarem [at magis tamèn pedicularum, qui sub ipsarum folijs vigent, prodigiosam quantitatem] sciscitus fortè istius causam, à proximè obuersante olitore responsum tuli, fieri non posse, quin ab interiori brassicarum substantia procederent dicta animalia, cùm nimirùm vnius generis essent, sub caulinum folijs viuerent, cùmque omni industria non obstante egrè ab ys prohiberentur; quin imò & se vidente ad miraculum usque interdùm sint multiplicata. Quo audito, patuit statim mihi quamobrém tám lætè germinarent illæ plan-

plantæ, didicique ex his quod hanc Phy-  
cen & ipsi callent Hortulanî.

Sed à Vegetabilibus ad Animalia transe-  
undo, horum nutrimentum actuari, ut ità  
dicam, ac præparari à Vermibus, quorum  
determinata quædam species in singulis illo-  
rum speciebus existunt, mihi tám perspe-  
ctùm est, quám quod perspectissimum. Et  
primò de Volatilibus, ne fortè quis hoc me-  
um duntaxat putet esse inuentum, aut di-  
sterium, vtque res aliena paritè authori-  
tate roboretur, transferam huc fideliter [ne  
idiomate quidem mutato] singulare vnum  
ex Præstantissimo *Redo exemplum*, quo vide-  
licet non tám humorem digestivum ab OE-  
sophago percolare, quām & Vermes in eō-  
dem educari vtcúnque ad *Chylosin* absolu-  
endam facilè demonstrabitur. *Gli uccelli*,  
*aquatici* [inquit Vir ille celeberrimus] *non*,  
*anno nel loro Esophago quel gozzo, che vi anno*,  
*i Galli, tutto il genere gallinaceo, le Pernici*,  
*le Starne, ed altri simili, è nel genere de Rapa*,  
*ci lo Sparauiere, il Falcon pellegrino, è l' Al*,  
*banella. Ma se gli uccelli aquatici son priui*,  
*del gozzo, non son già priui di quelle tante e*,  
*tante glandulette, delle quali internamente è*,  
*corredato l' Esophago di tutti gli altri uccelli*,

v.  
In OE-  
sophago-  
Ainicula-  
rum.

la dove esso Esofago si avicina ad unirsi allo stomaco, è spremute esse glandule versano, un fluido molto necessario al lauoro della macerazione, è digestione del cibo inghiotito. Queste glandule in alcune razze di uccelli son più folte, in altre razze son più rade, in alcune son minutissime, e quasi non rileuate dal piano, e in altre razze son più grosse, e con le loro bochette, e canaletti si vegono molto dalla superficie del Esofago rileuate. Trá gli Esofagi, più douiziosi di tali glandule douiziosissimo, s'è l' Esofago di quell' uccello aquatico, che dà Cacciatori di Toscana, per essere egli bianchissimo con qualche fregio di penne nere, e col chiuffo in testa parte bianco, e parte nero, vien chiamato col nome di Monachetto, di cui si può veder la figura pulitamente delineata appresso Francesco Uvilughbeio &c. Difsi che l' Esofago ne è douiziosissimo: impecchò avvicinandosi allo stomaco ingrossa grandemente le sue parieti per la lunghezza di tre buone dita trauerse, è tale ingrossamento, vien cagionato dalle sopramentionate innumerabili foltissime glandulette. Nelle parieti esterne glandulosæ dell' Esofago di questi uccelli, appellati Monachetti ho veduto alcune volte rileuarsi nello spazio, che è di mezzo trà l' muscolo

Osservazioni intorno agli animali viventi &c.  
pag. 135.

colo, e la membrana glandulosa certi tuberco-  
 letti bianchegianti, che da me gentilmente  
 separati, e tratti fuora, sono stati trouati auer,  
 la figura simile ad un fiaschetto col collo, la,  
 dicui bocca fosse diuisa in due ritonde apertu-  
 re, per una delle quali parea che un vermic-  
 ciuolo cauasse fuora souentemente la sua sotti-  
 lissima testa. E veramente sdrusci per lo lun-  
 go quei tubercoletti, vi ho trouato sempre in,  
 ciascuno d'essi un verme sottilissimo nel capo,  
 e nella coda, ma molto tronfio, e grosso nel  
 ventre; e sta colà dentro radoppiato in modo,  
 che per una apertura della bocca del fiaschet-  
 to puo cauar fuora la testa, e per l'altra apertu-  
 ra puo cauar fuora la coda &c. Ex quibus ver-  
 bis patet ideo tales lumbricos incolere dictas  
 glandulas, quod humor ciborum solutivus  
 indiget praeterè aliquo alio principio, pro  
 ysdem in chylum conuertendis: atque hoc  
 quidem principium, cum vitale esse debeat,  
 in ipsis porrò Vermibus, aut in ipsorum ou-  
 ulis quærendum esse.

Liqueat nihilominus istud adhuc magis in  
 Quadrupedibus, præsertim Iumentis, atque  
 intèr hæc demùm maximè in Cane. Vide-  
 re est namque in hoc animali, idèst in ipsius  
 glandulis, quæ Oesophago insunt, & fer-  
 men-

vj.  
 In Oe-  
 sophago  
 Canino.

Art. 22.

ibid.

mentū digestivum ministrant [ prout nimirū latius ostendetur *infra* ] innatāre huic humorī quosdam Vermes teretes, oblongos, rufos, capite crassiusculo, & qui tandem alibi solitarij, nonnulli compliciti, aut ex parte tantū implexi conspicuntur. Cætera narrabuntur *postea*. Quod impræsentiarum ; Lumbricos itē ad OEsophagum, atque ad istius glandulas in Lupo Leone, Taxo, Hystrice aduertit idem Naturę Perscrutator ineffessus *Franciscus Redus*. Cum verò eiusmodi glandulis interficit succum illum elargiri, qui exigitur ad ciborum solutionem [ perindè scilicet, ac de modò memoratis in Volucribus fassus est Vir nunquām satis laudatus ] quid est, amabò, cùr Vermes pariter non concurrant ad illorum fermentationem ? Argumentum certè huiusmodi concursus, imò & quòd inferuant Chylificationi, idest ciborum iam à digestiō menstruo fusorum in chylum conuersioni, non contemnendum porrigit idem *Redus* animaduersione in Hinnulum p̄epinguem, in Damam lactantem &c. vt qui nempè intūs Vermibus etiā innumeris referebantur, aliòqui sani ac viscerum optimè conformatorum. Quæcum ità sint, qui porrò

porrò neget tales bestiolas non aliquid conferre ad Chylosin prefatam? Sed vt cùnque res habeat, inquis, Vermes tamen non vbiique ad Oesophagum prostant. Resp. nihil interesse hic ne, an illic habitent eç beluç; dummodo indè illam exerere valeant actionem, quæ alimenta liquefacta in succum vertit nutritivum, mobilem, & in vitalem. Quæ res est iccirco, vt in Oesophago, Ventriculo, aut in Intestinis vt plurimum conspiciantur, fortè quod ex hinc tale quid audeant luculentius, quam ex alia quacunque parte. Sic Uermes in Afino ad Ventriculum consistere refert *Malpighius*; in Tigride ad Intestina *Redus* &c. vt qui in his recensendis nimius essem. Sufficiat, igitur obseruasse, non aliam existere Vermibus, in brutis omnibus hospitandi causam, nisi vt alimenta instruan ad congruam ipsorum nutritionem.

His animaduersis, fortis me coniectura deprehendit, esse lumbricos, qui & in homine chylum perficiunt. Neque enim præterierat qualis & ipse sim, *putredo* & *vermis*: memor etiam talia infecta vbiique in humano corpore spectata fuisse; sic eadem infibricitantium sanguine obseruarunt *Kircherus*, *Petrus à Castro* & aly quamplurimi.

VII.  
In OESOPHAGO  
humano.

*Certo refertur, inquit Borellus, in sanguine febricitantum vermes reperiri, & non semel legi historias de vermibus per vulnera venarum elapsis. In venis pariter hos lustrauit Riolanus, & cum eo Zacutus: item Preuotius, Spigelius, & aly plures: Prætereá in hominis Vessica fellea eosdem inuenit Vvierus; in Hepate Bartholiuus, Kerkringius &c. Denique in Vrina à non paucis deprehensi fuere lumbrici ac vermes, uti nempè à Christoph. Tinctorio, referente nupèr citato Bartholino, à Ronse, Rhodio &c. Nec satis: noueram adhuc ipsos non procùl ab Oesophago suas colonias habere: quandoquidem in phasibus verminosis semper aut viuos eosdem conspexeram per Os exire, vel vomitus inducere, aut strangulationes.*

VIIJ.  
Glandu-  
la Thijo-  
roidæ me-  
rum est  
Ovarium  
vermino-  
sum.

*Quibus indicijs permotus curauit nosse vbi-nàm ad Oesophagum stabularentur talaria infecta; & quidèm an ( quemadmodùm in Canibus) in glandulis humorem alimentorum solutivum sequestrantibus forte cubarent? Verùm ademit dubitationem hanc statim, quòd adspexeram eiusmodi animalculorum vestigia ibi nunquam extitisse: inuenta verò fuisse, & quidèm crebrò, abs me in glandula Thyroidæ, prout videli-*

videlicet in sequentibus enarrabo.

Anno elapso 1710. quo tempore *Fossanum*,  
ut & alia complura *Pedemontana* loca febre  
Petechiali Epidemica tantum non deleta  
sunt, *Cellis* (paruo cuidam *Astensium* pago)  
qvum idem contagium interuenisset, vide-  
re fuit ibidem primo die 18. Ianuarij ferè quar-  
tam partem Incolarum ceu fulmine tactam;  
*deinde* singulis insequentibus Nouilunijs, Fe-  
bruarij nimirum, Martij & Aprilis (abhinc  
nāmque Pestis illa sensim remittere inchoa-  
uit donèc ad extremū Æstiuo tempore omni-  
nō extincta est) tria reliqua quartaria [ adeò  
vt intrà dictos menses saluis pueris, ijsdem-  
que magis tenellis, aut qui à Variolis, &  
Morbillis, qui, nempè affectus, longè la-  
tèque pridèm debachati tali tempore etiam-  
num sœuissiniè grassabantur, eluctati cen-  
sum immanissimo tyranno persoluerant,  
vix tres omnino è mille, quantus scilicet tūm  
esse poterat in eo Oppido numerus persona-  
rum, sospites atque ab eiusmodi contagio im-  
munes euaserint ] decumbere nimirum simul  
tot homines vno eodemque morbo, vno at-  
que eodem die, imo & eadem hora. Mor-  
bus autem ille erat ferè huiusmodi. *Tussicula*  
quædam *sicca* Oppidanos primitus, ac de re-

IX.  
Probatur  
Experi-  
tiā.

pentè corripiebat aliquali vt plurimùm *Cephalagia coniuncta*: deindé *Febris*, quæ tunc aberat, vel á paucis horis inuadebat *lenta*, *absque horrore* cum *pulsu paruo*, *irregulari*, *profundo*, atque in aliquibus *vix perceptibili*. Accedebant posteá ad hęc *Lassitudines*, ac *suddenæ Virium prostrations*, *Cordis angustię*, *anxiates aut pressurę*, nonnunquam etiā *Animi deliquia*, *Syncopę*, aut *Lipothymię*, plerūnque verò, imò infallibiliter *Cardialgia*, eędemque crebræ & contumaces cum *irrito vomendi conatu*; ac postremò apparebant vbiique in vniuersa cute *macula*, siue *petechia parua* ac nigræ; quæ tandem vel à *Delirijs* excipiebantur, vel abs *Motibus convulsu*, *Letargo*, aut demùm ab *affectu aliquo Comatoso*. Nouissima verò hæc sympomata initio quidém, hoc est hyemali tempore, ad summū quartā die obueniebant, mòx septima, atque vltimò etiā vndecima, eademque, aut postera die lugubrem scenam claudebant cum hac tamen differentia, vt quò citius aduentaret *Æfas*, quemadmodùm Epidemica constitutio minorabatur, sic *Ægroti minùs item periclitarentur*, & qui præsertim per contagium non fuissent infecti. Cæterà prætér nonnullos, & quod in totum dixerim duode-

duodeviginti Jnfirmos partim Senes , par-  
tim ad extremam pauperiem , eò videlicèt  
anno vel post hominum memoriam calami-  
tosissimo , redactos , nemo Diuina largiente  
clementia desideratus est , imprimis quis-  
quis mihi tūm è proximo , sed longè nobilio-  
re vico , vbi conductus eram , certa per inter-  
ualla ad illorū visitationem accedenti , stabi-  
lito ob id annuo stipendio[ si summam spectes  
miserando , nisi ex alia parte suppleuissēt pre-  
ces , quibus me & per DEI amorem publicè  
ad sui curam inuocare non dubitarunt ] mo-  
rem ( absit arrogantia dicto ) gessisset , atque  
ipsāmet , ad summum altera inuasionis die  
pharmacum abs me excogitatum , eāque  
ocasione magnarum virium expertum [ de  
quo porrò *alibi* ] assumpsisset : quo fact-  
um vt quotiès illūc adirem , vix ab equo  
delapsus vbiique in platæis ac viciis magna  
confluentium iām laborare se sentientiū ho-  
minum caterua stiparer , aut obsiderer , quòd  
nimirūm truculentissimum morbum vel vni-  
co præsidio tempestiuitèr tamē adhibito om-  
ninò profligatum pluriès aduertissent : è con-  
trà verò , hoc non , vti decebat , propinato  
Verūm satis extrà oleas . Quod rem : Cùm  
itāque satagerem callere ferociissimi affectus

*Pathologiam*: nec tamen in dicto pago prop-  
tèr ægrorum ad me nullo non tempore ac-  
currentium importunitatem, additis dierum  
breuitate, istorumque impendio hinc in visi-  
tandis egris faciendo, indè verò tum in ac-  
cessu, tum & in reditu ab illo territorio [ ad  
hoc ettenim infirmi , quos alibi quotidiè bis  
inuisere tenebar , me obligabant ] vijs exist-  
entibus quasi inuijs , ac tempestate iniqua ,  
*Anatomia* iccircò [ cuius fax à *Medico* in er-  
uendis morborum causis præmitti debet ]  
ibidèm studere possem , fato euénit , vt labo-  
rante vniuerso , vt ità loquar , *Cellensium*  
mundo , Cognati istorum , qui ex finitimiſ,  
præſertim *Antiniano* (quò subindè ad Ægro-  
tantium curam affiduo vocatus sum) nec non  
ex *S. Damiano* (quò videlicet conductus fue-  
ram ) alijsque Oppidis eodem ad affisten-  
dum Consanguineis suis accedere debuerunt ,  
diro illo contagio infecti cum his xenijs ad  
Patriam suam reuerti coacti sint; quibus tan-  
dém , vt fas erat , extinctis , ea demum oc-  
casio vltrò , domique mihi oblata est , quam  
secùs captare non potuisse. Hinc igitúr clā  
propter Indigenarum in *Medicos Anatomicos*  
absurdam præventionem dissectis quà hic ,  
quàue illic , in alterutro nempè Oppidorum  
vltimò

vltimò nominatorum , plus decem Denato-  
rum bustis , quoniám porrò ex symtomati-  
bus prænarratis , egrorum itèm deiectionibus  
alysque signis , quæ suo loco explanabuntur ,  
constiterat mihi iamdudum Pestem , quam  
descripsimus , esse à Vermibus ( *vti nimirum*  
*etiam Vermes* , inquit Tilingius , pro uera febrium  
causa & præsertim malignarum ac consequen-  
ter etiàm Petechialium plurimi agnoscunt . Gre-  
gorius enim Horstius [subdit paulo post] sect.  
18. Epist. Medic. pag. 498. *Vermis in quartanā* , &  
alterius striati in febri tertiana notha  
meminit . Sic lumbricus latus in febri putrida  
euacuatus fuit , ut Idem dict. lib. pag. 500.  
notauit Anno 1597. priusquam lues pestilentia-  
lis Seruestam infestare inciperet , febres grassa-  
bantur malignæ , epidemicæ . In Adultis quidèm  
plerumque cum petechijs . In Iunioribus autèm  
cum Vermibus , qui & ipso postmodum pestis tem-  
pore à multis pueris per os & Intestina reijcieban-  
tur . Salmuthus Cent. 3. obs 54. *Vermes è capiti-  
bus febri Vngarica mortuis proruperunt* . Conra-  
dinus cap. 11. de Febrib. malign. Volck. Coi-  
ter in appendic obseru. Chirurgic. & Anatō.  
in *Matrona cuiusdam pestilenti hæmitritæo ex-  
tinctæ capite aperto vermiculi cum cimicum copia*  
*reperti sunt* . Cornel. Gemma in appendix oper  
Cosmocrit

de Febri-  
bus pere-  
chial. c. 6.

Cosmocrit. *Ivuenis quidam in febre acuta duos tresue Vermes ad formam granorum pini reiecit.*  
 Valesc. de Taranta lib 4. cap. 30. *In febre quadam maligna vermes excretos vidit Forestus lib. 6.* Obser. Medic. 4. & 5. Zactus Lusitanus lib. 2. prax admir. obser. 42. & lib. 4. Medic. Princip. Histor. 46 quest. 42. *in pesti sauvissima, qua totam Lusitaniam, & in ea Vlissiponem depopulata principio morbi omnibus vermium rotundorum nigrorum copiam per nares emanasse obseruauit: Variolas verminosas in puella quadam vidit Excell. Ehrenfried. Hagendornius &c) eò proptereà direxi aciem Mentis meæ, vt illorum, nempè Vermium cubilia mihi forent aliquandò perspecta.* Aperui itaque OEsophagum, Ventriculum, Intestina: nec Vermes indé porrò aberant; sed ità tamen profabant, vt in aliquibus, quos paucis ab obitu horis exentraui [ citius nàmque, quám vt aliás licuisset, humari poscebant cadauera pestiferorum.] compererim Vermes OEsophagi, aut Ventriculi incolas vitæ indicia adhuc exhibere, cùm interim aly Intestinorum flaccescerent, marcescerent mortui. Hoc adeò indicio fretus, & cùm insupèr recordarer, quemadmodum aliás in affectibus item verminosis aduer-

uerteram quotquot ab ore erumpabant , esse  
vitales , aut saltē magis viuaces ys , qui ab  
aluo descenderent, in eam incidi opinionem ,  
vt censuerim Vermium genesin secūs quām in  
inferioribus , in superioribus potiūs truncī  
corporei partibus quærendam esse . At quod  
Ventriculum : intuitus sum porrò eundem  
in nonnullis , eiusmodi insectis vacuum , &  
quorum nihilominūs corpora eādem , vt su-  
prā pestilentiali labe , dūm viuerent , erant  
infecta ; quod proīndē in causa fuit , cūr co-  
niectatus sim ad extermum , esse OEsophagū ,  
qui velut Emporium sit talium belluarum ,  
quemadmodūm ibi etiām ostendimus . Et  
sanè quis non nouit plura in verminosis ægri-  
tudinibus accidere phœnomena , quæ haud-  
quaquām apparerent , si ydem Vermes in  
Ventriculo , aut in Intestinis progignerentur ,  
qualia nimirūm sunt *Pleuritis spuria* , *Tussis* ,  
*Saluatio* , *Narium pruritus* , atque alia , quæ  
identidēm recensitum ibimus & coniunctim  
tandēm explicabimus inferiūs . Ob hanc rem  
igitūr totus in eiusdem OEsophagi partibus  
enucleandis esse volui . Nec frustrā ; si quidēm  
à Pharinge orsus , atque ab ys locis in quibus  
*Strangulatiōem* aliquandō à Vermibus induci  
adnotaueram , apertāque *Thyroidæa* glandu-

la, quæ in præfatis cadaueribus plus solito turgidame iccircò ad ipsius sectiōem antè alia inuitauerat (& cùm præterea dicti Ægroti omnes indice externè ad *Pomum Adami*, vt vocabant, admoto ibidē dolere se se plerunque significarent) inueni continuo illic vermiculum quendam albissimum, diaphanum, parvum atque ità tenellum, vt vix è glandula eductus confestime uanesceret, sæpè etiā papyro impositus indidē lique sceret relicta duntaxat nota ceū loturæ carnium, aut guttæ lochiorum, quæ muliebre indusium intinxerit: atque hęc profecto ratio fuit, quod mutuò licet accepta ob id vna atque altera vitreâ lente à Famigeratissimo Viro, Litteratorum Fautore eximio, ac de Republica Medica optimè merito D. Joanne Baptista Vulpino Astense [cuius adeò nomini, ut potè immortali cùm ferculneis his corollis pro dignitate satis litare nequeam, dicam cùm quodam Poeta:

„ *Non canto Lui, peroché Lui non posso*  
 „ *Degnamente onorar, se non tacendo;*  
 „ *E rinerendo: ma non fian giammai*  
 „ *G'l altari soi senza i miei fiori, è senza*  
 „ *Soane fumo d' odorati incensi;*  
 „ *Ed allor questa semplice è denota*

Rel-

,, *Relligion mi si torrà dal core,*  
,, *Che d' aria pasceransi in aria i Cerui,*  
,, *E che mutando i fumi è letto, è corso*  
,, *Il Perso beala Sonna, il Gallo il Tigre.*

organicam tamen illorum structuram nullatenus obseruare valuerim: aduerterim autem probè, quatinus compendia erant ipsa eorum lumbricorum, qui *Rotundi* appellantur, & à quibus etiàm non, nisi in magnitudine differrebat adeò, quod illic natos autumare possem tales vermiculos, & si eisdem indè abeundi potestas facta fuisset, vltro in ingentem molem, cuiusmodi nempé sunt *Rotundi*, excreturos. Et certe vndè-nam ys textura illa effatu facilis, seú, quæ nullo negotio sufflaminabatur, color item vanidus, ac pelluciditas, nisi ex eo, quod corpora erant illa viuere incipientia, ac recens ex ovulis suis exclusa? Denique volutabantur ydem Lumbrici in quadam sanie veluti cœnosa & sanguinolenta, quæ, expressâ glandula gemebat in Oesophagum, per concavas quasdam fibras iam alibi adnotatas; fuitque hoc ipsum pus, quod mihi demonstrauerat *Thyroidæ* glandule excretoria vasa. His porrò sic consideratis superfuit concludendum istiusmodi glandulā esse ipsum purū putum

ouarium verminosum, prout nimirūm sequentia perpendenti adhuc vltérius res in- clarescet.

x.  
Et Rati-  
ne auto-  
ptica.

*Primò* nāmque si vera esset glandula, à quā nempè aliquis determinatus humor filtraretur, vt reliquē tām *Vessiculosæ*, quām *Vasculo-vessiculosæ* &c. eōdem intimē madret: cūm verò tantūm absit, quin succus qualiscunque stagnet in illius cauitatē, vt hēc potiūs sitiat, ac perpetuò quasi arescat, sequitur iccircò ipsam nequaquam fungi munere glandularum. Et de facto quomodò fungatur, si ē *Bronchialibus* ramusculis tām parūm sanguinis imbibit, vt hic nedūm ad recreamenti cuiusdam procreationem, vix sufficiat ad ipsius glandulæ nutritionem? Cū verò isthēc magnitudine innumerās superet, quæ glandulæ nihilominus pluribus ac majoribus arteriolis irrigantur, dicendum venit, vel quòd Natura prouisis coeteris soli *Thyroidæe* deesse voluerit, vel quòd hæc non sit vera glandula, vt patet. Ac rursus, si vera esset glandula quidni proprio insigniretur excretorio vase? Licet autem spiraculis quibusdam pateat, seu fibris fistulosis, de quibus suprà; fibrę tamen istæ in emunctiorum censu minimè sunt collocandæ, vt quæ

quæ nimirùm impares existunt humori cui-  
libet exantlando, nouerimque ipse sepiùs  
in recensitis casibus, quemadmodùm expres-  
sa vtcùnque, licet fortitèr, illa glandula,  
pus in ea contentum egrè nihilominus, ac  
nonni si per binos, tresue porulos seorsim,  
idest in Oesophagum cogi potuerit. Prop-  
tèr quod, & quià cœteris *Thyroidæum*  
illud, nempè corpus, destituitur qualitati-  
bus, quæ exiguntur ad vere glandulæ ratio-  
nem; næ ego ipsum istiusmodi titulo iure  
fraudabo? Substituam igitùr huic nov-  
um istud, scilicet *Ovary* nomen vel ex hoc  
protinus, quod tale corpus fistulis illis per-  
vium spectatur. Hinc enim clarè satis eui-  
ncitur inesse ibidem virtutem quandam, que  
in Oesophagum per eiusmodi tubos irradiat:  
hèc autem virtus cum in Vermibus fundata  
sit, qui in alimenta tam soluta, quam pro-  
ximè soluenda chyli symbolum & vitalita-  
tem conferunt, ut denunciauimus, ab isto-  
rum ovulis propterea esse debet, ac rursum  
quià ydem Vermes visi sunt illic pullulasse.  
*Tertio* quià interior *Thyroidæ* glandulæ  
præfate facies aspera, squallida, informis,  
cauernosa cryptas, antra, specus aliaque hu-  
ijsmodi latibula, in quibus colubri, angues,

viperæ oua sua condere consueuerunt, proximè representat : & quartò denique quiá eadem interior substantia qvùm discindetur fragorem edebat, qualem lendes, aut bombycina semina vngue discussa aut lacerata.

XJ.  
Oua Ve-  
rminosa  
homini  
sunt con-  
natural-  
ia .

Haud itaque omnino temerè dictum est abs me, glandulam *Thyroidæam* Seminarium esse, aut germanum Vermium *Ovarium*, lubricosque in eâ repertos ibidem prorsus, & non alibi satos fuisse. Sed quæ posteā sic me sentire fecit, consideratio illa fuit, quä denique perspectum habui hactenūs venditatas de Vermium Generatione sententias friuolas, ob aliud non substitisse, quäm ex eo, quòd à grauissimis vtcùnque Viris excogitatæ, subindèque pro Sacris habitæ anathemate pessimo ferire posse visæ sint, quisquis non credidisset. Quæ nihilominus libero hoc scholaſtice fandi tempore, ab aliquibus, prout decebat, carptæ ac fugillatæ; iam iam patronos non habent alios, quäm obstipas ceruices, solo silentio, atque contemptu dignæ.

xij.  
Eluitur  
Scnten-  
tia Vete-  
num de  
Et primò quod *Aristotelicorum*, vt & *Ga-*  
*lenicorum* mentem: hanc tām felicitèr cicu-  
rarunt hodierna die *Redus*, *Craanen*, *Svua-*  
*mer*

*merdarius*, *Bidloo*, *Leueneok*, vt nec eius, quod sibi volebat, qvùm Vermes ex putri nasci assereret, vspiā recordetur. De facto quid sibi vult *putredo*, nisi *Corruptionem?* *Corruptio autēm cūm sit subita mutatio ab esse ad non esse*, iuxta declamatum illud ipso- rum-met Aristotelicorum axioma, quo pa- cto, quæso, materiam congregare, eidem- que formam conciliare verbo, viua anima- lia gignere valeat? Dixi putredinem inten- dere non nisi corruptionem; quippè putre- do ab eodem *Aristotele* deffinitur quod sit *corruptio propria & naturalis caloris in unoquoque humido a calore ambiente externo*. In quā deffinitone corruptio generis locum occu- pat; *putrefactio enim est contraria generationi simplici mixtorum* (ait *Tiltingius*) *corruptio ve- rò adiquatè repugnat generationi*: Ergò putre- factio & corruptio non differunt.

*Carthesianos autēm, Gassendistas, & quot-quot demūm Vermes ex Insectorum ovulis plerūmque per os siuè cum alimentis, siuè alitèr in Ventriculum introductis generari asseuerant, non ità dudùm pessund edit *Vallsnierus*. Atque hic ego planè non pos- sum non gratulari Sorti mee, qui cum *Hel- mintologiam* istam conficerem, ac *Neoterico- rum**

*Uermiū  
Genera-  
tione.*

XIII.  
Reiicitur  
altera Re-  
centior-  
um.

rum opinionem illam refellere per consequens tenerer , impeggi fortè in Epistolam quandam Italicè conscriptam , & quæ Tractatui similitèr Italico de Remedi delle Malatie del Corpo Humano annexa est ; in qua porrò comperi tales partes ab eodem Vallisniero egregiè nauatas. Destiti itaque ab opere , ne videlicet actum agerem ut aiunt ; vtque ostenderetur , picturas has ce nostraras iàm inuenisse amasios suos , Epistolæ illius verba hic tantum transcribere operæ pretiū duxi . Si fermò assai sù l'ultima opinione , ( nempè quam posteriori loco attulimus ) , comme la più applaudita ed abbracciata da tutti , Ultimamente anchora dal Sig. Ands Fran- cese nel suo libro de Vermi humani stampato , in Parigi . Prouò con euidenza non puoter nascere questi da Voua , che si ritrouano ne frutti , erbe &c. imperoche non essendo il suo nido il nostro corpo , subito calati nel Ventricolo dove sta quel merauiglioso fermento , comme spezie d'aqua forte , che continuamente vi cola , è geme da certi canoncini ò siphonicini , vengono assaliti , striollati , è consumati dal medesimo . Ma dato anche , che la buccia loro durissima lo vietì , è che più tosto aiutati , è fomentati da quel calore vi nascano , essendo i vermi appena nati

nati di una tenerissima tenerezza, saranno subito da que sali pungenti, è roditori trassiti ed uccisi. Il che accaderà parimenti, se nasceranno negl'Intestini, o in altri couili, o nascondigli, più reconditi del nostro corpo, stellando da per tutto sughì attiuissimi, e per lo più impregnati di sali, che sarranno sempre bastevoli per ismazzuzzare e diuidere la loro gentilissima macchina. Non puotranno in oltre rintanati, è rachiusi in que caldi e tenebrosi repostigli non soffocarsi, auendo à quest'ila natura destinata l'aria libera ed aperta per il loro mantenimento, è respiro. Il nutrimento anche diuerso farà cagione, che perano, essendo à tutti destinato il suo frutto, il suo fiore, l'erba sua, o quello che è più conuenneuole alla lor tessitura, il che facilmente si vede da chi si diletta nutrirne, comme hâ fatto tanti anni il Vallisnieri. Non vivono, se si tenta mutar loro il nutrimento, abenche à Vermi delle frutrasî dyno altre frutta, à que de fiori altri fiori, à que dell'erbe, altre erbe, e così discorriamo di tutti. Anzi, se à loro si tritano, o si sminuzano, non li mangiano parimenti, tanto sono delicati e generali. Dal che si vede, che maggiormente periranno, se saranno dalli attiuissimi fermenti, del nostro corpo adulterati, è mutati comme in,

vn altra sostanza. Non essendo anche i uermi,, de frutti legumi, erbe è simili auenze al notto,, restaranno dalle beuande, e tanti liquidi che s' ,,, ingolano, estinti, oltre i sughi, che continuamente,, gemono in ogni luogo. Ciò pure fece vedere con,, molte isperienze; poiche niun verme auazzo,, ne frutti, legumi, e cose simili può campare,, nell'aqua non che pura, è tepida, è piutosto muo-,, iono col vaso strettamente chiuso, o anche se,, si rimescolano con poltiglie, è sughi, è muchi, è,, impurità liquide d'animali. Guaia a Noi , di-,, ceua, se douesser nascere i pellegrini semi, o vi-,, uere i piccoli bacheroluzi, che inauedutamente,, di continuo inghoiammo.

Oltre à ciò non puoteua capire, soggiongieua,, egli, comme da mille sorti d'voua, è minuti,, insetti, che inosseruati continuamente s'inghiot-,, tano, tre sole spezie di Vermi si ritrouassero con-,, tinuamente in Noi . Ne l'vom cauto ingegno-,, fo molto per la sua gola mangia i grani e semi,, crudi ne le frutta senza maccinarle coi denti,, ne l'erbe senza cocerle , o almen condirle con,, oglio, sale , acceto, ed anche pepe , tutte cose,, che sono generose esterminatrici de vermi. Ma ,,, il piu forte argumento , che adusse à mio pa-,, rere, fù l'auere egli cercato con sudata diligen-,, za fuora di noi nell'ampio seno de campi , è nel ,,,

pos-

portentoso numero degl' Insetti i Padri è Ma-,,  
dri consimili de nostri Vermi. Già si sà l'im-,,  
menso studio, ch' ha fatto incercare con iscu-,,  
polosa esattezza la generatione, le mutationi ,,,  
i costumi, le virtù mediche di tutti quanti gl' ,,,  
Insetti, che gli son potuto capitare alle mani .,,  
E pure non ha mai potuto trouare i simili à ,,,  
que communi del nostro corpo. Cōme addonque ,,,  
conchiudeua, puossono venir dal'fuori, se non ,,,  
v' è simile di luoro? Ogni simile nasce dal' suo ,,,  
simile per autorità anche del grande Aristotile ,,,  
è la gran' mano omnipotente d'Iddio ha stabi-,,  
litole sue leggi finite à tutti. Non nascon sem-,,  
pre monstri, e se pure ne nascon alcuni, v' è la ,,,  
sua legge anche in questi, che non è monstrosa ,,,  
Non succedono è per diritto è per trauerso, com-,,  
me pensano alcuni. Da un Volatile non nas-,,  
ce un Pesce, da un Pesce non nasce un Qua-,,  
drupedo Ec. V' è anche ne monstri il suo termi-,,  
ne, è non puossano passar que confini. Da ciò ,,,  
fortemente mostrato deduceua, che da vermi de ,,,  
frutti, erbe, è simili non puossano nascere i ver-,,  
mi communi à noi, imperciòche per centina-,,  
ia d'osseruazioni da lui fatte ha constantemen-,,  
te veduto mutarsi quasi tutti quegli in Volatili ,,,  
cioè in Farfalle, o in Mosche, o in Cantaridi ,,,  
in Ibini, Troci, Scaraffaggi, è simili, ed i ver-,,

mi ordinary del nostro ventre restar sempre,,  
vermi.

Mà se alcuni ve ne sono, che non si muta-,,  
no in volatili, comme i Pidochi dell'erbe non,,  
alati, ed altri simili, o comme certi vermic-,,  
cioli, che soggiornano nell'aque, in grembo al-,,  
la terra, sono però di così strana è diuersa fi-,,  
gura, che è ridicolo il pensar solamente, che,,  
sono genitori de nostri: Sono addunque tutti di,,  
spezie totalmente diuersa: onde con mutar su-,,  
ol luogho, non puosseno mutare di spezie. Que-,,  
sta può bene alterarsi, puo alquanto confon-,,  
dersi, non cangiarsi. Oltre à ciò, se sono di,,  
que di fuora, e perche anche fuora del nostro,,  
corpo usciti che sono qualche volta, non cam-,,  
pano? E perche subito si contorcono, s'illangu-,,  
discono, se ne moiano, se tornano nel loro pri-,,  
mo Elemento à goder l'aure, che à loro sono,,  
connaturali, è piu libere.

Mà sempre più incalzaua l'suo argumen-,,  
to. Concediam, diceua, che nascano in noi, che,,  
si nutriscano, che crescano; gionti che saran-,,  
no alla loro perfezzione, comme fà il verme,,  
da seta, que d'ogni moscha, d'ogni farfalla &c.,  
douranno incrisalidarsi; cioè mutarsi in altra,,  
apparente figura, cessando di cibarsi all' hora,,  
per poi spogliarsi anche di quella, ed uscire,,

volatili : altrimenti , se ciò non fanno , periscono .  
Quella è la sua meta destinata à loro , quella ,  
è la luoro inuariabile legge . Così noi dentro ,  
l'utero delle nostre madri gionti , che siamo ,  
á quella determinata grandezza , squarciam- ,  
mo i veli , che c' imprigionano , ed usciamo ,  
per le note lubriche uie , o periammo . Tutto ,  
è fatto con regole indispensabili , è con un or- ,  
dine eterno inalterabile di arriuare á quel ter- ,  
mine , è non passare più oltre ; altrimenti sa- ,  
rebbe una perpetua confusione nella natura è ,  
torneremmo all' orrore del Chaos . Sedonque non ,  
ueggiammo in noi queste mutazioni de nostri ,  
Bachi , è segno , che suono di una diuersa è par- ,  
ticolarissima spezie ; doncue non dobbiammo ,  
per ignoranza confonderli con que di fuori ,  
Ne uale il dire che nel mondo grande sono i ,  
lombrici terrestri simili à nostri , che si possono ,  
dire del mondo piccolo , onde questi saranno i lo- ,  
ro Padri , è Madri .

Poiche fatta esattissima Notomia è degl' uni ,  
è d' gel' altri , trouò le loro parti interne tutte di- ,  
uerse comme disse auere osservato il Vuillis ,  
il Redi , & il suo caro amico Cestoni &c.

Oltre à tutto ciò , aggiungeua , chi mai s' ingi- ,  
ozzarebbe di quelle uova , che sempre si tro- ,  
uano molto bene uisibili , è palpabili sotto ter- ,

ra ? Comme uerebbero ne cibi ? E se per qual-,,  
che accidente uenissero , comme dal mondarsi ,,,  
è lauarsi le herbe non si raderebbero via ? Efi-,,  
nalmente inghoate , comme la loro tenera è ,,,  
facile bucchia resisterebbe alla macina de denti ,,,  
ò al fermento dello stomacho ? comme le galline ,,,  
è molti altri animali , che ghiotissimi sono á ,,,  
mangiare simile sorta di vermicoli , non sa-,,  
rebbero pieni Zeppi de medesimi ? Ed i fan-,,  
ciulli finalmente , che non suchiano , che latte ,,,  
dalle poppe , come inuerminarebbero ? anzi ,,,  
comme nel Ventre delle luoro Madri anchora ,,,  
chiusi dentro quella gelosissima , e ben' guar-,,  
data prigione , farebbero vermi nel loro Ven-,,  
tricino , è dentro i loro innocentì Intestini &c. ?

Hec ubi ab Excellentissimo Viro prælusa audiui , reliqua etiám facile ad meum modulum cantatum iri posse credidi . Verum tantum abest , quin tonum is illum obsecundare voluerit , vt potius relicto pluteo in Sacrarium se receperit . Sic enim de eodem iterum Author Epistolæ allegatæ : *Preso fiato il Vallisnieri mostrò facile, non tanto forastiera, comme si vede la loro origine, mà nota, dimestica, e troppo familiare. Disse nascer in noi da loro genitori, è venire transmessi dalle nostre Madri à figlioli, come male ereditario,*

tario, è qualche volta anche dal latte materno, dentro il quale souente s'annidano. E qui ripeteua molto alta la loro origine.

Iddio, diceua, quando creò questa gran mole del Mondo, mise comme in *Iscena* (che quasi chiamó *Tragica*) gl' *Abitatori* soi, con tal ordine, che uno cedesse finalmente il luogo all' altro, è che uno si seruisse dell' altro, mà peró con modo più innocente di quello segui doppo il peccato à tutti fatale d' Adamo. E ciò per soi lodeuolisimi fini non ben capiti dalla nostra troppo corta intelligenza. Così anche creò ne primi parenti i *Vermi* ò perche con innocenza, è più tosto con vtile [notetur *hæsitantia Vallisnieri*, & si nondùm nostram de verminosi seminis facultate sententiam olfecerit] che danno, si nutrissero degli *excrementi superflui* (quid, si dixisset potius, vt *chylum homini conuenientem*, idest nutritium ac vitalem, perficerent, ac præpararent) è fosse à loro il nostro *Ventre* il suo mal noto mundo, per domare la nostra preuisita *superbia*, è castigar noi quando era il tempo, con vilissimi nemici collocati dentro di noi, è senza nostra saputa. Reliqua videri possunt apud dictum Authorem, imò & apud præfatum *Vallisnierum* (audio namque hunc specimen svum  
de

de Vermibus nouissimé edidisse ) Vides igitur *Lector* quò istorum , nempè Vermium generationem refundat Vir Illustrissimus : ego autèm , quamuis reor interesse candoris Christiani Summum Opificem etiam in culicis aculeo contemplari ; in ijs tamen quæ ex materiæ iàm creatæ necessitate dependent , minùs candidè me facturum ducerem , si Creatorem implicarem ; & cùm præsertim idem Deus morborum causa perpetuò statueretur . Quod verò subdit indè de Vermium seminio è Parentibus in Posteros per traducem propagato , præterquamquòd inintel ligibile , est etiàm falsum . Cum enim idem è Matre in Filios transmandatum velit , id que aut cum illius sanguine , aut vnà cum lacte , patet recurrere in hoc argumenta , quibus ipse Vermium generationem ex ouis ab homine inter vescendum simùl cum esca deuoratis impossibilem demonstrauit . Et de facto , si cum materno sanguine in fœtum emanaret tale semen , quamobrèm in tot vys , in tot liquoribus , Menstruis , fermentationibus , in ipso denique tot annorum curriculo non suffocaretur ? Si verò cùm lacte , nonnè obseruauit idem *D. Vallsnierus* Vermes in ipso infantis recèns nati mœconio ? nonnè hoc ipsum

ipsum didicit itèm ex *Hippocrate*? Quid igitur, & cùm homini insint antè lactis fuctiō nem, Vermes tamèn ē Matris vberibus erunt accersendi?

Grates nihilominus, & quidèm maximæ, agendæ sunt eximio Professori eatenūs sal tim, quòd excussá vetere calligine novum Posteris Philosophandi campum potuit ape rire. Et quod mea; eidem hoc etiàm no mine obstrictus sum, quòd ipsis Philosophis nobiscum opinandi necessitatem imponat. Ettenim si Vermium oua neque ex alimen tis neque aliundè nuncupanda sunt, quòd nimirùm hinc *Sparsimargia* [ siue sententia eorum, qui oua quotlibet, etiàm humana, vbique, ac per aera præsertim volitare do cent, quorumque *Coryphœus* esse credi tur Reu. P. *Magnan*, referente D. *Chirac* ], in dè verò altera *Suuamerdamij* opinio perhibens oua quæuis ad hominem procreandum necessaria in uno *Eua* Ouario delituisse, nec non consimilia alia Physicorum placita in hoc casu leuia, vilia, instabilia existant, concludendum remanet idem, nempè ver minosum semen insitum, aut ingenitum, hominiue connaturale esse, planè vt, & oua, quibus parua hominum rudimenta conti

XV.  
Confir  
mat No  
stram

nentur, Mulieribus essentialiter competit. Quapropter ut his Testes concessi sunt, siue Capsulae ad oua huiusmodi asseruanda, sic & cuilibet homini Ovarium verminosum; quod quidem ovarium siue una nostris cum Patribus a Summo Protoplaste creatum, vel *Damasceno* in luto, quo eos plasmavit idæatum, siue denique, quod ex peculiari hominis, hoc est fibrillarum humani corporis constitutione (id scilicet, quod probabilius arbitror) pendere dicatur, ita nimirum, ut non magis mutilus censendus sit qui pede, brachio &c., quam qui eodem careat, nempe *Ovario*, parum moror: illud autem maximè, ut ceu pars humano corpori essentialis, ac veluti consubstantialis consideretur. Ob quam rem, cumque nulla alia esse possit pars istiusmodi, quam Glandula *Thyroidæa* [quemadmodum nempè ostendimus, utque ad huc pluribus ostensi sumus infra] superest, ut dicatur hanc ipsam glandulam esse idem Ovarium verminosum præfatum.

Suadet rursum maximè realem huiusc Ovary existentiam in homine dispar Vermium magnitudo, ut potè nimirum, quod plurimi conspiciantur pusilli, tanquam modo a testula egressi, aly magis grandæui, atque

ado-

adoleſcere incipientes &c. Prioribus affines erant quotquot nos in Thyroidœis Peste enectorū glandulis obſeruasse diximus, id est tam tenelli, ut non credam aliundē puenire potuisse, absque quod in via fuissent diſiecti, ac lacerati, & cum porrò aeri expositi, etsi cartha obduicti extemplò sufflaminarentur testibus huius rei existentibus tūm alv̄s quā plurimis, tūm & interdūm in Cœmeterio Eccles. Parochialis SS. Cosme & Damiani in Oppido predicto S. Damiani Reu. P. Urbano Carmelita Excalceato, D. Ant. Georgio Bochino Med. Doc. ac Discipulo meo dilecto, D. Io. Iacobō Rouagnono Chirурgo, quem etiām in plerisque Dissectionibus Anatomicis adiutorē atque inuentorum meorū testem ocularem & affidvum habui; prētereā D. Francisco eiusdem fratre itidēm Chirурgo &c. Quæ proinde ratio fuit, ut illorum oua existimauerim ibidēm condita, appulsòque illuc aliquandò vapidō quodam, aut aliusmodi ab artery sero, velut menstruo idoneo atque appropriato, incubata aut exclusa, planè scilicet ut obſeruare est raras plenaſque aquę plvuiæ guttas, cūm pulueri ſuperexcidunt, æſtiuo tempore Ranunculas virides viuas de improuifo producere. Eadem quoque Vermium teneritu-

do prædicta metum iniecit ne fortè istorum oua oculo vtut microscopys adiuto reuelatura essent se se , & cum in hunc finem aperiri postulet *Thyroidœa glandula*, cùmque in viuo homine nunquàm aperiatur. Quo non obstante non diffido rem prosperum aliquan- dò non habituram exitum , acremque Philosophorum industriam quod natura negat, id tandem non esse euicturam.

His ergò positis uenit arguendum, ab ipsa hac Natura haudquaquam tanta Zelotypia conseruatum iri illud semen ( quanta scilicet in *Thyroidœa glandulæ* tam imperforatione, quam firmitudine elucet ) nisi utile esset idem atque humano corpori summè proficuum. Sed oggeris non esse utile, quod horrendas [ imò & ipsum *ultimum terribili- um*, mortem ] parturit calamitates . Resp. & hoc ipsum esse, quod illius, id est verminosi seminis comprobat utilitatem . Ut enim *Corruptio Optimi pessima*, iuxta vetus axioma, sic tale semen, quod corruptum summè noxium euadit, antè corruptionem maximè conducibile sit opportet . Et de facto non sunt oua verminosa, quibus hominum strages fiunt, sed vermes, hoc est horum oua corrupta, siue fœcundata, queq[ue] desi-

XVJ.  
Sola Ver-  
minosi  
seminis  
fœcund-  
atio ho-  
mini est  
præter-  
naturalis

desierunt esse id , quod erant priùs [ in quo scilicet corruptio consistit ] nam nihil annihilatur . Quid ? quòd vitæ eadem valde peré expedire rursùs censendum est , cùm ad ipsorum iacturā siuè corruptionem adeò vita commoueatur . Quapropter & tristissima vel apud Nostrates mulierculas obseruatio est , infantes , qui plures quàm par est , lumbricos excernunt , longùm non esse viuaces . Dic igitùr potius sperma verminosum homini esse auspicatissimum non aliás tamen , quàm antè eiusmodi encheires in .

Eatinus autem vité conuenit idem , quantum chylum , vndē vita est , essentificat , ut patet . Patet etiam denique Conclusio nostra , tale semen esse principiū vitale trasmutativum alimentorū debitè per soluentia Oesophagi menstrua præparatorum in dictum chylum . Pro cuius confirmatione sufficit attendatur lumbricorum humanorum fabrica . Hanc ego qvùm aliquando perlustrarem , vidi eos porrò secundūm externam speciem punctulis albissimis passim consimilibusque ramusculis , velut carentibus arteriarum finitionibus identidem distinctos ; quos adeò quoniàm nusquam repereram ab aliquo obseruatos , accuratione indagine inuestigandos duxi . Se-

XVII.  
Proba-  
tur deni-  
que oua  
vermino-  
sa esse p-  
rincipiū  
illud : Chy-  
lifica in-  
um supra  
dictum ,  
ex ipsâ  
Uermiū  
structura

cui igitur aliquot ex ys lumbricis , queque oculis statim se obtulerunt sunt sequentia . i. OEsophagus , idest canalis quidam transparrens . prætenuis ac membranosus à Faucibus quæ Hirundineas propemodum simulant , hoc est Sanguisugarum ora , fermè duorum digitorum transuersorum [ pro magnitudine nimirum Vermis ] longitudinem excedebat nonnulibi strictior , alibi laxior ; diuersèque texturæ nunc rarioris mòx spissioris ( de quibus consulatur Redus ) à clarisque in itys vbi totam Oris aperturam excipiebat , siue taliter , vt hęc illius diametro & vicissim cor responderet , terminabatur ultimò in Corpus quoddam *prasinum* , seù *oliuare* paulò infrà Fauces , ac iuxta Dorsum ad Caudam usque protensum . Hanc itaque insertionem contemplatus aliquando idem Redus censuit tale corpus dictum esse alimentorum & fœcum : verum prefata prius apud tantum Virum venia ] insigniter deceptus est tūm ob alia multa , cùm præcipue propter hæc . Ettenim i. eiusmodi insertionem anticipat dictum corpus , videturque ab uno transuerso digito è faucibus ortum capessere : quamobrèm & trans ipsum OEsophagum vtpotè pellucidum , probè spectatur . Hinc igitur

igitur liquet, quod si huiusmodi canalis cum  
*Oliuari* corpore continuaretur, istius portio,  
que antea controversam insertionem cernitur,  
esset omnino superflua: cum verò absurdum  
sit haec sequela, dicendum venit Oesophagum  
cum illo corpore non esse continuum:  
& si adeò deest huiusmodi continuatio, de-  
est similitèr ratio dicendi alimenta ac fœces  
per tale corpus egeri. Quod autem non detur  
ista continuitas, euincitur postea ex eo, quod  
diuersissima est utriusque substantia: Oeso-  
phagi videlicet membranosa, ut suprà ad-  
notauimus, *Oliuaris* verò corporis vessicu-  
losa, futilis ac mucillaginosa; & prætereat,  
quia nec prior sensim abit in posteriorem  
sed illa eadem in fine est, que fuit initio,  
ut & haec, antequam Oesophagum excep-  
isset. 2. quia statim ab insertione praedicta  
videre est aliam canalem itidem membra-  
nosam è Dorso, ad quod defyt Oesophagus,  
horizontaliter [at per breuissimum tamen  
interuallum] descendere adhuc in alium  
amplissimum ac rectangulum inque eo pun-  
cto, in quo istius latera se contingunt, por-  
rò defficere. Cum igitur nouissimum hoc om-  
niū longè capacissimum vas se habeat instar  
Ventriculi, illud verò breviusculum atque  
angu-

stū, instar Pylori, supereft concludendū quod  
OEsophagus in hoc potius, quam in corpus  
*prasinum* supradictum inseratur. 3. quia ſepe  
numerò mihi contigit vidiffe in OEsophago  
Vermium humanorum eandem specie ma-  
teriam, qua Ventriculus atque Intestina far-  
ciebantur, ſcilicet chilum: plerūmque verò  
hoc ipſo chylo infectus, ſiuè tinctus idem  
OEsophagus compertus eſt. Vnde colligitur  
ad extreſum non comitti hunc cum corpore  
diuersimodè colorato, id est *prasino* prædicto;  
ſed cum Pyloro & Ventriculo, ceuī vafis con-  
coloribus, ut eſt manifestum. Colligitur  
etiam indē, hunc ipsum Ventriculum. In-  
testinaque, quæ illi hinc indē apensa ſen-  
ſimque gracileſcentia innumeris circunuo-  
lutionibus Vermis longitudinem deciès ſu-  
perant, non eſſe mera Spermatica vafa (pro-  
ut etiam arbitratur *Redus*) materiamque in  
ys contentam non eſſe liquorem ſeminalem  
verū purum putum chylum, ut partim ex  
colore ac ſaporē deprehendere potui, partim  
etiam ex eo, quod puncta illa cudentesque  
venulæ abs me in externa Vermis habitudi-  
ne obſeruatæ, atque incifæ, viſæ ſint eodem  
chylo manaffe. Quæ cauſa eſt porrò, cùr hoc  
ipſo ſucco nutriri lumbricos humani corpo-  
ris

ris demum cognouerim eosdemque *Chyliforbas* citra iniuriam posse vocari. Coetera, quod toties memoratum *Oliuare* corpus, dico nihil aliud esse illud quam Vermis Pulmonem qualem scilicet in Bombyce alyisque Insectis obseruarunt *Malpighius*, *Vvillius* & aly passim: nec diffitetur idem laudatus *Redus* aduertisse se quandoque, uti expresso dicto *Oliuari* corpore, aer per quoddam foramen non procu à Pulmone in Cauda situm, & quod proin *Podicem* appellat, eruperit. Sed quod illi *Podex*, mihi verosimilius *Trachæ* caput est. Quandoquidem Intestina ibidem non exonerabantur, atque ex alia parte OEsophagus ita Fauces occupabat, vt non superesset pro aere inspirando locus. Insuper solemnne est Vermibus, vt vnde cunque, praeter quam ex Ore, Spiritu trahant, quod & præcitat Viri testantur. Postulabis sic circò è quānā parte lumbrici foeces egerant? Resp. negando suppositum; quoniā scilicet chylo iij vel purissimo aluntur: Sugunt autem ex hoc quantum vel capacissimus ipsorum venter patitur, aut vegetatio poscit, tūmque pleni, languidi, inertes facti humano Ventriculo, aut Intestinis, quæ depopulabantur, vale dicunt, ac foras exturbantur. Quæ cùm

itā sint, vela contrahamus, dicamus nimirūm bruitèr, quòd, quemadmodùm axio-  
ma est illud penès Aristotelicos infallibile,  
quòd *ex ys constamus ex quibus nutrimur*, sic in  
casu nostro, Vermes cum chylo alestant, vi-  
geant, viuant, eo etiàm principio constent,  
quo chylus producitur: dicamus, inquam  
quòd & vti oua illorum exordia sunt, sic ipsa  
hęc, dūm ad OEsophagum sistuntur, inspicient  
dictum principium chylificativum, cuius  
ratione alimenta iam præparata, siuè per fer-  
mentum digestivum iam soluta, aut soluen-  
da in chylum conuertantur mobilem ac  
vitalem.

XVIJ.  
Ex acci-  
dentibus  
vermino-  
sis & re-  
mediorū  
anthelm-  
inticorū  
actione.

Apparuit tanto magis hypotheseos eius-  
modi soliditas, vt ad Praxin, velut ad incu-  
dem reuocata nitidior quotidè fieri visa est.  
Etenim, siuè *causam* consideres accidentium,  
quæ Vermium generationem comitantur,  
siuè *Curationem*, vtrumque in illa, perindè  
atque in speculo, elucet. Quod priorem:  
*Tussicula* imprimis *sicca*, Vermium prodro-  
ma, explicatur sufficientèr ex eo, quòd oua  
iàm affoëtescentia ad glandulæ peripheriam  
mota, in transitu suo per fibras fistulosas, que  
excretiorum vasculorum vicariæ ad OEsophagum  
desinunt, membranam, vndè eæ  
ha-

habentur , quæque Laryngem exteriùs obducit . pungant , aut titillent : quamobrèm & reliqua Trachæa nonnihil corrugata aer præpostorè inspiretur demum neceslum est. 2. *Saluatio* á Vermiculis interiorem Gulæ tunicā vellicantibus procedit , raptâ nimirūm in consensum etiàm intrinseca Palati membra na , vt potè cum quà OEsophagœa illa continuatur . 3. *Pruritus Narium* ab eâdem vellicatione pendet , interno scilicet ista rum velo cum prioribus communicante ; ac denique contingit indè etiàm *Nasi extenuatio* , siuè compressio , emuncta nempè ipsius membrana interiore . 4. *Sitis* itidèm pari ratione fit , quòd videlicet *Disgregatæ Fauci* um & Gulæ glandulæ nimium exprimantur . 5. *Cardialgia* in ascensu , ac descensu Vermium in Ventriculum succedit , aut , si manus , in transitu eorundem per sinistrum Ventriculi orificium , cuius proindè fibras ijlacessitum eunt . 6. *Marcor Tabes* , *Atrophia* Infatibus familiaris , sicuti vel à quolibet Medicō in Vermes refundi solet , ità neque continens eiusdem causa ipsi occultaretur , vt si sciret talia infecta chylo vicitare , istum que in Stomacho porrò depascere . 7. *Copiosæ deiectiones fetidæ* , *cineritiae* , *virides* , nonnun-

quam etiā *Sanguinolenta* &c. peruersam. Chylosin à Vermibus, intestinorumque irritationes, aut erosiones inculpant. 8. *Febres* presertim *lente* á chylo effoeto ac pauco in *Sanguinem* per lacteas *Asellij* venas introducto &c. dependent, ob quam rem vitiata istius crasi, sèù eiusdem cruoris coagulatione facta, *Exanthemata* 9. *petechiæ*, aut maculæ emergunt. Mitto 10. *Syncopæ*, *Deliry*, *Lethargi*, *Convulsionis* consimiliumque affectum verminosorum explicationem, vt quæ ex praua sanguinis diathesi á vapido, seu minus balsamico chylo inuecta, hinc satisserui possunt. Sed 11. *Cephalagia*, quæ in Peste suprà memorata vnā cum *Tussicula* primariò angebat, in eandem causam retorquenda venit, siue in eandem membranose Laryngem succingentis tunicæ titillationem, quæ nimirum *Tussim* illam excitari diximus. Ex ea námque irritatione concussis, aut alio modo motatis nervulis Sexti, præcipue verò Octavi paris, quod iuxta latus *Asperæ* arteriæ in Thoracem illabitur, Dolor Capitis grauatus accedit decet. 12. *Dolor* autem aliud ad *Iugulum*, seu qui mihi nonnunquam ad cartilaginem *Scutiformem* indicabatur, pa-

ren-

rentem agnoscit sempèr *Thyroidææ* glandulæ inflammationem , fitque hæc à Vermibus , qui in ea nati , cùm deindè ob corporis incrementum momento factum forinfecùs excedere non valeant , suis proptereá motationibus corrugatis atque irritatis fibris , sanguinis affluxum prouocant , refluxum inhibent . Quocircà ruptis ad extremum arteriosis vasculis venosisque illa phlogosis excitatur , quæ in pueris , siquidém præ molitie partium facilè turget , compressa proin Larynge , vel instantaneam aliquandò parit suffocationem ; non sic in Adultis , ut poté complexionis robustioris . Consultò itaque solidam Natura comparauit glandulæ *Thyroidææ* constructionem , hinc videlicet , ne aeri exponerentur oua verminosa , indè verò & ne hæc cùm ibidèm nullo negocio foecundentur , strangulationem iccirco , nec citò , neque frequentè inducerent . At nihilo tamen seciús lethalis sempèr abs me obseruata est phlogosis præfata , iungitque assiduò etiám sibi in comitem notham *Pleuritidem* ( vt centiès aduerti ) ob Pleuræ tunicae distensionem , ac Pulmonum spasmodum , quæ fiunt tali membrana contracta ac vellicata . Quamobrèm catharro denique suffocantur egroti , & si in-

flammatio illa suppurauerit , purulentam saniem post fata euomere porrò solent , quæ idiotis quidèm *Capitis apostema* audit , cùm tamen ea visa sit ex predicta glandula erupisse . Cœterūm hæc desultoriè tantūm , atque obitèr abs me prolata non ideo hic insinuanda censui , quòd meam quadantenūs probent Conclusionem . Tot enim verbis benignum *Lectorem* distinere impium fuisset in re scilicet dogmatica , & quæ nulli sic opinandi necessitatem imponere presumit : duntaxat ut à *Practicis* nondùm animaduersa deinceps attendantur , & cùm ex ys non tam recta pharmaciam administrandi ratio , quam veri saltim *Diagnoseos* , aut *Prognoseos* fontes ( vndè porrò , absit iactantia dicto , non mediocrem , vtut vanam , genuini Medici aestimationem mihi conciliasse scio ) in Verminosis affectionibus deriuari queant .

*Igitur* quod Therapœiam [ ne itérūm vana ganniam , aut ab alys iam effutita ] dicam sollummodo , quòd inhærendo indicationibus præfatis , applicui se penumerò externè remedium aliquod *antelminticum* glandulę *Thyroidæ* , vt folia persicorum cum allio & aceto malaxata , petroleum , aut aliud , quoduis Rure præsto esse , aut citius ad

ad manus uenire poterat; ex quò planè mirum, quantam ægri faterentur se percipere alleuiationem. Narrabant scilicet sensisse se confestim glomum quendam Fauces occupantem descendere ex hac parte atque in Intestina rapi; id quod enemate imposito posse à comprobabatur, subductis vermibus quamplurimis simulque conglomeratis. Quæ res est etiàm, cùr Fœminæ nostrates puellos suos de lumbricis suspectos amuleto illo, aut simile alio, quo eorundem Colla deliniunt, aduersus hasce beluas instruant, aut præmuniant. Nec immeritò quandoquidèm id properè usurpatum in multis occasionibus profuisse author sum; non ità, si sero, chylosi iam inuersa, sanguine foedato, aut *Thyroidæ* glandula abscessu ex phlogosi periclitante. Vt verò curationum, morborumque huiusmodi verminosorum processus aliquis habeatur, subiungam tibi solemnem historiam, quæ, vtpoté de casu nupèr [dùm hęc scriberem] mihi oblato, quemadmodùm Rationi, vt in immoto persisteret, imperauit, sic propositam questionem, siue connaturalem verminosi seminis in *Thyroidæ* glandula existentiam non parùm itidèm dilucidabit. Casus autèm ille fuit huiusmodi. Tertio Idus

Iu-

Iuny (si benè diei memini) accitus sum ab Illustrissimo D. Comite de *Priocca*, Dom. in *Castro-in-alto* &c. ad inuisendum eius filium natu minimum, infantem videlicet duodeviginti mensium, nondum ablactatum. Huius igitur statum mòx ab ingressu ad illum sciscitato, retulit Generosus Dom. suspicari se puellum *difficili dentitione* laborare, præterea verò nihil. Quæ vt accepi, vnà simùl pergimus ad Nutricem. Ostendit porrò hęc statim alumnum svum *oculis canis*, *querulum*, facie *liuida*, genis *conidentibus*, pallentem *labys*, capite, dorso, brachys quasi relaxatis, *languidum*, tabescentem cum pulsu paruo, febre lenta &c. Quibus conspectatis, reposui Nobilissimo Parenti, ipsius filium plusquam *difficili dentitione*, vexari insupèr *febre hectica*, *verminosa*, & ni DEVS rem benè verteret, ipsum ægerrimè euasurum. Haud dignatus est is sermoni meo statim fidem exhibere (cèu cui aliàs cùm in alterius filiali, tum verò maximè in Eximiæ sui ipsius Matris ferè octogenariæ hinc *Tertiana Maligna* indè etiam *Quartana dupli* laborantis felicissimis curationibus summè probatus extiterā) recordatus etiám, quatinus presens Infans vel à primis incunabulis (testibus de hoc

hoc insupèr existentibus Nutrice, Matre, cœterisque Domesticis) insignem quandam totius corporis alterationem singulis Non-lunis pati confueuerat, & quæ tunc duobus, nonnunquam etiàm pluribus diebus perseverabat cum siti maxima, rubidine membrorum &c. Proptèr quod rogatus quid hic opus esset? reposui, quòd stantibus Dentiendi difficultate præfata, Abdominis intumescentia ac duritie aliqua, benè satis quoddam pharmacū propinari potuisset. Exhibui ergo statim cochlear vnum atque alterum syruppi de Cichor. comp. [ eius scilicet syruppi, quem ad Vermes vnicè commendat Redus] ac confessim iij ab Ore exire cęperunt viui, teretes, oblongi, subrufi, numero, ni fallor, nouem, quos deindè Nutrix, imò & ipse-met Infans digitis extrahebat. Postridiè, iterato eiusmodi helmintagogō, Vermes perindè, ac tot, quot anteā eiecti sunt, at cum molestia tamen minori. Quocircà territi Adstantes, & prognosin illam, quam suprà innui, iam in deteriorem partem accipientes operam meam irritam futuram deprædicabant. Nihilominùs ipse, indicto, vt & ad peiora adhuc spectacula se componerent, de fausto alioquin exitu mecum tacitò gratulabar. Nondū enim aderant signa nouę fæcundationis

in *Ovario verminoso* : & ni hęc daretur , cō-  
tera facilē vtcūnque expugnatum iri posse  
existimabam. In quem finem , præscripto ca-  
thartico validiori ( in quo tamēn syrupperus  
præcitatus , veluti pro base , perpetuò colloca-  
batur ) in residentiam meam me recepi , ra-  
tus nimirūm opus esse duntaxat , vt Vermes  
alicūdē exturbarentur , vtque experto aliquo  
remedio *hectice febri* succurreretur . Verūm  
perendina die nuncius mittitur mali ominis.  
Cūm autēm Excell. Dom. *Cauda* illius Ca-  
stri Medicus Ordinarius , quiq[ue] Nobilissi-  
mo Infanti continuò assistebat , absente me  
nihil vellet innouare , eò proptereà reuersus  
resciui ex eo , quatinūs Ægellus Noster pridié  
ex dicto phermaco alios septem lumbricos  
de more euomuerat , vespere tribus alijs mor-  
tuis ex aluo depulsis ; vtque hac ipsa die ,  
qua hęc agebantur , Vermibus in consueta  
cūm qualitate , tūm & quantitate per super-  
iora eiectis , atque eādem hora , idest ferè  
quarta matutina , sub declinum deindē so-  
lis *syncopam* , aut animi deliquium [ arbi-  
tror ego potiūs *Insultum* aliquē *Epilepticum* ]  
pertulerit , quo per semiquadrātem horæ pro  
mortuo habitus est. Ad hęc ergò credidi Ver-  
mes nuperrimē generatos fuisse , & cum insu-

pēr

pèr obseruarem in illo adhuc validam *deglutiendi difficultatem, suspiria, languorem, lamentationes, &c.* Ob quam rem porrò totis viribus depræliandum esse censui, & ne talis generatio succederet. Ut verò hæc impediatur, antelminthicis validissimis Collum illiniri, aliquot itidem istorum guttas in Fauces instillari, curauit denique, vt Eremata ex lacte semel, aut bis de die imponerentur, &c. Neque omissem iterum prelaudati syruppi dosin quotidiè tradere; sed renuit Parens veritus, ne ex eo fortassè verminosa syndrome augeretur. Quicquid nihilominus post, Vermes numero tres, aut plures in dies singulos exfilire è consueta latebra anguum more non destiterunt adeò, vt octidui spacio plus centum sexaginta indè, hoc est ex Ore eieoti sint, non computatis qui cominùs, siue ex ano suffugerunt. Resciui præterea eò reuersus (ettenim præscriptis, quæ ad antedictam indicationem facere vifa fuerant, ad mea denuò me contuleram] quandoquidem primis ab vsu eiusmodi remediorum diebus Illustrissimus Patiens adhuc aliquali *Cardialgia* correptus fuerat, febre tamen minùs exacerbata. Causa itaque noui mei ad ipsum redditus non alia extabat,

quám quòd efflagitaret Parens generosus ,  
vt Vermium prouentus supprimeretur pe-  
nitús atque extingueretur; hoc enim laboris  
exanthlandi adhuc superefse<sup>1</sup>. Cui tamèn  
optato an facile fuisse respondere, alij vide-  
ant ; cùm nimirùm , Vermium genesis ,  
natura , qualitas , nondùm Medicis ritè  
perspecta sit. Quocircá eiusmodi desiderio  
planè subridebat alter Doctor, actionum me-  
arum testis: non sic ego , quòd Vermino-  
farum affectionum indaginem plús milliés  
instituere debueram , cùm incubuisset onus  
plus quàm septem milliùm personarum vale-  
tudini consulendi. Reposui ergò, hāud egrè id  
exequatum iri posse, ea nempè fiducia fretus,  
qua idem alias sæpè præstiteram . Ob quam  
causam propinatis mane ac vespere guttis  
quinque , aut sex *Balsami Peruiani* in hau-  
stulo vini oligophori tepidi , mirúm , quàm  
breui euentus exspectationi cessit. Namque  
à tertia potiuncula Verminatio illa, ceù ne-  
bula , discussa est ; serpentillorum eiusmodi  
nemo deinceps est insidiatus: tametsì ex alia  
parte ob talem tantamque vitalium particu-  
larum iacturā tām insignitè debilitatus fue-  
rat pusio gratosissimus, vt etiamnùm ambigā,  
an vires sit recuperaturus, quin imò & andiū

superstes futurus sit. Quandoquidem obseruaui hinc inuerti *concoctionem* jis Infantibus, qui valdoperè verminarunt; hac autem leſa, eosdem futilem constitutionem nancisci. Iunge communem animaduersiōnē de ijsdem puellis, quam alibi attulimus. Uerū quod impræsentiarum est, ideo noueram resistere generationi Vermium præfatum *balſamum*, quiā serum sanguinis compescit, ne illorum oua fœcundatum eat: inque hanc rem porrò *Corallia*, *terram sigillatam*, *bolum armenam* & reliqua *adstringentia*, quemadmodū etiā *acida*, *succos citri*, *limonum*, &c. item *amara*, *ſtiptica* & innumera alia, quæ idem serum valdoperè alterare, aut immutare valent, in malignis febribus [ quas potiori iure vocarem Uerminosas quatinus vermisbus nusquam expertes sunt ] præcipue verò in quibuslibet Infantum morbis utilitèr uſuuenire, ipsa bis mille annorum [ quandiu videlicet Medicorum Sacra constare perhibentur ] Praxis insinuauit.

Unde nec difficile est porrò rationem reddere, propterquam pueri, secūs Adultos, magis subiacent affectibus verminosis. Quandoquidem nempé, vel iuxta *Galenicos*, maior in illis pituitę copia fomenti loco inferuit,

aut masculini seminis, ad ouorum vermino-  
forum fœcondationem. Quod autem & in  
nondum à lacte depulsis [ ut in puer, cuius  
ægritudinem modò recitauimus ] huiusmodi  
fœcundatio contingat, hoc docere debet opi-  
nantes oua illa nobis non esse ingenita. Quid  
enim? nonnè contrariam sententiam altè  
menti nostræ infixam esse voluit vel ipse  
4. Num.  
27. Summus Medicinæ Dictator Hippocrates, qu-  
andiù hanc pluribus inculcauit lib. de Morb.  
*Nunc autem ē de lumbricis latis dicam (inquit)*  
affero enim ipsos in puer, dum adhuc in  
Vtero est, nasci. Postquam enim semel ex  
Vtero egressus est [ addo istahæc in gratiam  
Antiquorum ] non tanto tempore sterlus in  
aluo manet, ut ex eius diuturnitate ac putre-  
factione tantæ magnitudinis animal generari  
possit: excerni enim sempèr besternum sterlus  
per omnes dies, si sanus homo esse debet. Tale  
verò animal nasci non potest (quod nimirūm  
aduersatur etiàm opinantibus procreari Ve-  
rmes è semine vnà cum alimentis ingestis ]  
etiamsi homo multis diebus sterlus non egereret:  
multa enim nascuntur dum puer in Vtero est.  
Et paulo post. Nascuntur autem, ē rotundi  
lumbrici isthic eodem modo. Signum verò,  
quod hæc res ita se habet, hoc est. Postquam

in lucem editi sunt pueri, mulieres ipsis in cibo offerunt medicamenta, quo sterlus ex intestino exeat, & non comburatur, & simul ut intestinum dilatetur (conseruatur etiam nuper hodièque laudabile hoc institutum potionandi recens natos felici semper cum successu, licet potiori de causa (Vbi verò, pergit, cibum obtulerunt, multi sanè pueri & rotundos & latos lumbricos una cum stercore excernunt. Quę quidem verba vtut Hippocrate indigna nuncupet Marinellus, indignum potius Medicis nomine dixerim, quisquis ab illius doctrina deflexerit, vbi nulla validior ratio ipsum cogit. Quæres 2. cūr in nostro casu puer ille insultus verminosos vel ab ipso exortu perferre debuerit. Resp. quià laxus nimis, albus, Matre etiam satus erat albâ (vt pote nobilissimæ ex Alderamo familiæ) teneræ nimirùm euanidæque constitutionis. Quapropter quæres 3. & quemobrèm comedones pueri, fuluis crinibus, albacute, atque huiusmodi alij citius verminascunt ys, qui minùs voraces, graciles, nigri &c. apparent. Resp. i. quod helluones, vt sic dicam; aperiri in his ob Pharingis dilatationē, bolis crassioribus minùsque masticatis existentibus inductā poros fibrarū eodem ē Thyroidæ glandula

in Com-  
ment.

dula desinentium sic, ut oua verminosa hinc  
illecta, aut prouocata veluti quā data porta  
irruant in Gulam, vbi mōx ab influente,  
etiam insitā, hūmiditate turgefacta in Ver-  
mes denique ab ire debent: quod autēm reli-  
quos; satis patet disparitas corporum, siue  
diuersus in vtrisque habitus ac textura. Sed  
opponenti circā præfatum verminosi semi-  
nis descensum in OEsophagum, non posse  
videlicet hunc accidere propter crassitatem  
eiusdem seminis, nec non præ viarum, per  
quas denoluitur, angustias atque obliquitatē,  
Resp. haut itā crassum supponendum esse  
tale semen, cūm videanius Bombicinum e.  
g. [ quod tamen semen infecta perhibet ip-  
sis Vermibus longē crassiora ] tenuissimum  
existere, sinapi granulum plantam edere  
sublimem &c. adeoque nihil obstare quomodo  
nus Vermes in itys vtcūnque licet minimis  
content, perque imperuios, hoc est imper-  
ceptibiles mæandros dilabantur, Adde, quod  
huiusmodi gurgustia, vtpotè membranosa,  
cuicunque etiam paulo maiori corpori ce-  
dere, siue transitum permittere apta sunt.  
Et rursus, quod magnitudinem ouorum ver-  
minosorum: hanc vix sensibus subiectam  
esse, indicabat paruitas Vermiculorum,  
quos

quos in dicto Quariorum conspexeram. Ast re-  
geris, plūs, quām in *Thyroidæa* glandula,  
animaduersos etiā alibi fuisse lumbricos,  
& præcipue in sanguine, quod propterea de-  
notat germanum *Vermium Ovarium* esse uni-  
uersum corpus, vt liquet. Ad quod resp.  
obseruationem hanc de Vermibus in sanguine,  
quam nempè alibi adduximus, qua-  
mque athanatos ille *Athanasius Kircherus*  
benefficio microscopij nobis non monstra-  
uit solū, sed non vnā descriptis, aut de-  
pinxit, preter quamquād incredibilem  
appellat *Simon Pauli*, alijs etiā valdoperè  
suspectam esse, vt *Martino Scockio*, cuius hæc  
sunt verba: *Nec tamen putandum est, in febri-  
bus, quæ vocantur putridæ, Sanguinem usque adeo  
corrumpi, ut reddatur verminosus, quem admo-  
dum vellet Vir alias polimates fatus Athanasius  
Kircherus Scrutin. de Peste part. 2. pag. 240.*  
ubi non dubitat profiteri, se obseruasse sanguine-  
m per venæ sectionem febricitantibus subdu-  
ctum, vnā aut alterā horā post emissionem ple-  
num Vermibus, detegente illos scilicet microsco-  
pio; quod ut res exiles facit grandescere, ita  
grandior species, iuxta quam visui se res mi-  
nuta perhibent, sapè iuxta analogiam dunt taxat.  
explicanda est: adeoque mox non debent haberi

Digress. de  
Febr. Ma-  
lign.

Tract. de  
Fe. ment.

vermes, que interueniente vitreo instrumento illorum speciem referre videntur, &c. Ut ergo (concludit sic deinde Mathias Tilingius) microscopia nobis inseruant ad multos præclaros usus, tamen sine ullo partium studio falso eadem nobis representare in sanguine humano vermes omnino nobis persuademus, ob varias modo dicti salis volatilis figuræ, hispida hirsuti, setosi, sabulosi, cubiformis &c. adeò ferè teneri, ut omnem sensus captum eludat, & quod maximum pro nobis argumentum, quod una, aut altera hora post missione sanguinis demum se in conspectum det beneficio microscopij. Nám longè rationi congruentius est defendere sal in superficie sanguinis humani roris vel pruinae instar, ubi is nempè sanguis perfrixerit, & efflorescens minutulos vermiculos falso representare, quam astruere, modo descriptum sal volatile vel viuos, vel mortuos esse vermes. Usque ergo dum quis non obseruauerit imaginarios illos vermes, loco, & quidem spontaneo, voluntario aut proprio motu moueri, ut cyrones ex cute exsculpti scabie infestatarum manuum pedumque super nitidissimo speculo errant, nulla ratione induci possumus, ut putemus febricitantium sanguinem totum ordinariè vermibus scatre. Interim tamen [ subiungam hæc iterum

ex eodem *Scockio*] non sum vsque adeò incredules. vt fidem derogem illis , qui subindè vena secta vnā cum sanguine prorepsisse vermes perhibuerunt . Videatur *Borellus loc.alibi citat.* Sed vt hoc referri debet ad rarò contingentia , ità resp. 2. quòd in tali casu putandum est illos vermes ouis prognatos fuisse è *Thyroidæa* glandula dilapsis , & quæ porrò chyli motu obsecundato in lacteas *Aselli* venas, subindèque in sanguinē intrusi fuerint; vbi, vel alibi post exclusa, vermes produxerit maiores vel minores, prout hi magis minùs ue eòdem chylo fuerint enutriti . Hoc etiàm pacto oriuntur lumbrici , quotquot in Hepate , Pericardio , Corde &c. sub conspectum cadunt . Quę res est profecto , vt vniuersum corpus minùs rectè[ nisi metaforicè fortassis ] pro genuina Vermium Matrice , idest Ouario deputetur . Mitto circulum, qui in hac sententia cōmitteretur, alia que argumenta, quæ abs *Vallisonero* contrà alios , quęque abs me aduersùs istum in superioribus adducta sunt . Replicabis iccircò , si *Tyroidæa* glandula verum esset *Ouarium verminosum* , lumbrici humani omnes solius cuiusdam speciei forent: quod cùm falsum sit, & eorum alijs lati , alijs cucurbitini , *ascarides* &c.

spectentur, venit concludendum eosdem diuersam originem agnoscere. Resp. dari & inter homines monstra, vt quorum alij pygmœi alij Cilones Strabones, Silones, Loripodes, Scauri, Pansæ &c. vocitantur; vtque singuli hi homines sunt eodē specie vtero egressi, sic lumbrici, qui deformitatem aliquam fuerint sortiti. Et sanè rari sunt *Cucurbitini*, fasciæ, seu lati lumbrici; *Ascarides* plerunque in pueris obseruantur: cœteri, si demas *Tereetes*, nec nomen habent. Huius ergò differentiæ causam si quæris, præsto est dicere cum *Broenio*, quòd illorum diuersa figura, magnitudo &c. dependent maximam partem ex diuerso nutrimento, quod in diuersis animantium partibus inueniunt sic nempè, vt *Ascarides* extremum Intestinum incolere dicuntur, & *Lati* Jlia vniuersa. Verùm, quatinus vermes [ quosuis in *Thyroidæa* glandula obseruaui ] erant *teretes*, siue rotundi, eatinus porrò censeo germanam esse lumbricorum figuram, reliquas autem preternaturales, uel adscititas. Rogabis denique, cùr in homine dunt taxat oua, in Cane verò, atque in alys animalibus etiàm vermes consistant in glandulis OEsophagœis? Resp. quiá animalium quo-rūcunque diuersum est institutum, ac dispar viuendi

in Not.  
ad Prax.  
M. d. Hen.  
Reg. Medi  
33. lib. 3

viuendi ratio. Quamobrem & vnaquaque species suis peculiaribus gaudet vermibus, idest specie inter se omnino diuersis. Cum igitur Cani e. g. ad ossa in chylum conuertenda, viteque principium eidem chylo inspirandum sufficere minimè potuerint oua uerminalia, factum est proinde, ut Omniscius ille rerum omnium Architectus, Deus Vermes insuper illi concefferit, qui dum in cryptis suis, hoc est glandulis Oesophagœis morarentur, nullatenus ei noxy forent; non sic homini, ut potè alimenta millenis modis fibi condire gnaro & specialis uitalitatis indigo, quæ à Vermibus haberi non potuisset. Cœterò uitalitatem hanc aliundè, quam ex proprio mechanismo expectandam esse, docent animalia inferiora quamplurima, quæ uitam extrâ se, atque ab alijs adhuc uilioribus præstolantur. Sic serpentes nonnulli rubeas uiuas deglutiunt, quas deinde fracto à Nobis carcere uidimus effugisse. Narrauit etiam Venator fide dignus anguem se in insidys exspectasse, à quo buffonem uiuum priuilegium deprædatum aduerterat; sed cum re infecta abire exinde coactus fuisset, postera die redijse; in quâ denique voti compos factus, exentratoque angue, buffonem adhuc

palpitantem, neque vllatenus læsum extra-  
xerit. Araneæ etiam muscis uescuntur, ut  
que uitale principium ab ijs melius hauriant,  
cirris suis irritant ac flagellant. Sic denique  
Catus mures concutit ac fatigat &c.. Sed  
ad rem. Quandoquidem ergo in hoc sys-  
temate claré, ni fallor, satis dilucidari possunt  
accidentia, quælibet uermes concernunt,  
idipsum propterea hoc etiam titulo ample-  
ctendum fuit, dicendumque, existere na-  
turaliter in *Thyroidæa* glandula illorum,  
nempè Vermium, oua, essêque ipsa hæc,  
unde alimentorum in chylum conuersio,  
istiusque uitalitas pendent.

XX.  
Vnde cō-  
cluditur  
nihil de-  
esse hu-  
mori gl-  
andularū  
conglo-  
merata-  
rum OEsophagi  
ad veri  
fermenti  
digestiū  
rationem

XXI.  
Probatur  
s.huc cō-  
clusio a  
simili.

Quæ cùm ita sint, cùmque ouorum uer-  
minosorum actio in cibos refundatur ad eum  
modum, quo & reliquarum OEsophagi glan-  
dularum recrementa, liquet abbundè nihil  
deesse ys, quominus uerum fermentum digestiv-  
um constituant, siuè tale, ut edulia quælibet de  
glutita soluat, soluta que in *chylum*, idoneū  
scilicet hominis nutrimentum, transmutet.

Verum, vt hoc adhuc ulterius pateat,  
imò & ne alicuius palato nouitatem sapiat  
libamen istud, siuè assertio, uenit inuesti-  
gandum, an nouum similiter in Naturæ  
censu sit, ut digestuum menstruum ab OEs-  
ophagi-

sophago euocetur. Iam adduximus superius testimonium Expertissimi *Francisci Redi*, quo quamplurime glandulæ ad Oesophagum quarundam Auicularum indicate sunt, quæ tali menstruo plorabant adeò, vt idem propemodum & in reliquis eiusmodi animalibus euenire denique fassus sit Vir suprà omnem laudem positus: Nunc & qualiter deprehenderim talem succum ex eadem parte in alys bestys prouenire, paucis expediam.

Princeps iumentorum Canis hoc nomine haudquaquam dignandus esset, nisi cœteris classis eiusmodi belluis virtute meritöque precelleret. Vigilantiâ etenim nulli par, obbedientiâ in hominem tanta pollet, vt ne latum quidem, vt aiunt, vnguem ab eiusdem imperio nutuue recedere audeat, gnarus pro in insidianibus adlatrare, aggredientes impetere, mordere, hinc indé excurrere, omnia percuntari, attendere, inuestigare, vt que tandem *ivuamenti* omen omne contineat in se atque exequatur, hero suo vel alimoniam ipsam comparare. Atque in hunc quidem finem solus venari didicit, solus feras indagare, persequi, assequi, tenere, conseruare vbique porrò sagax, impavidus, intensus, affidvus sempèr. Quid plura? adiecta

XXII.  
In Cane.

de-

demùm, quasi superpondium, est hæc vtilitas ex Cane, vt nempè, postquam homini diu assentatus, diù ad blanditus fuerit: postquam indè eiusdem emolumento inhauerit, opibus inuigilauerit, ingluviem expleuerit, voluptatem satiarit, qùm denique aliorum iumentorum nullus amplius usus est, illius porrò incipiat esse maximus. Siquidèm planè in Theatrum Anatomicum inductus [ne videlicèt ignobiliter periret tam nobile animal] Magistrum statuit se se doctissimis Speculatoribus, dumqùe præda istorum fit, eosdem vicissim prædatur ac venatum dicit. Et sanè inuersa propemodum lege venationis [vt nempè ibidèm Canis ac Venatoris officia etiàm permùtantur] non is amplius odorat, nictit, incurrit: verùm clauso rictu ligatis artubus, ventre velut ad haruspicinam composito, linquit vt experiantur, inuestigent, clamitent aly. Iámque adeò carpitur ac laniatur Canis, colliguntque ex hinc Anatomici novum aureum vellus, id est *notitiam sui*: planè scilicet, vt cùm intér bruta idem rationis capax magis si, sic & ad hominis constitutionem magis accedat. Quę cum itá sint se ipsum in illo inuenire, hominem, inquam, in Cane lustrari dicendum

dum est, atquē ex hoc porrò Anatomen cu-  
mulatam, verius dictatam fuisse. Sic enim  
& in tali libro Laetæas venas legit *Asellius*,  
chyli Receptacula *Pecquetus*, quorum dein-  
dè indicio consimilia in homine reperta  
sunt ad maximam ipsius utilitatem, *Medi-  
cinæ gloriæ atque ornamentū &c.* Mihi verò  
(vt ad rem tandem redeam) quod secus quām  
in Cane, innotuerant aliquandò in homine  
Conglomeratę glandulę præfatę, à quibus  
nimirūm utrumque menstruum tam soluti-  
vum, quām alimentorum transmutativum  
ducitur in Oesophagum, onus propterea in-  
cumbere visum est, vt qualiter hæc & in  
illo haberentur minimè præteriret. Ob quam  
rem Trachæam, Pulmonem, Oesophagum  
verbo Thoracem vniuersum interius atque  
in eodem Cane nonnunquam etiam rimatus  
cūm vidisse deinde rem respectu glandu-  
larum predictarum heic longè aliter se ha-  
bere, quærebam causam huiusmodi ablusionis.  
Sed patuit hæc vltro, attento quod  
diuersus esse debet utriusque animalis chy-  
lus, hic videlicet homini nutriendo par,  
ille autem Cani. Atque adeò in isto animad-  
uersum est abesse imprimis glandulam *Thy-  
roidæam*: tum alias *Tracheales* abs Nobis in-

J i

digeta-

digestatas, quæque tergeminæ sunt, atque innumeræ circà Mediastinum conspicuntur; rursusq; alias *Dorsales*, vt & glandulas primæ divisionis *Asperæ arteriæ, Bronchiales, Gastricas* &c: adesse verò loco istarum, atque ad OEsophagum, è media usque ad imam partem glandulas quasdam, vt sic dicam mostrosas aut insuetas, quæ vel omnes omnino extrá eundem OEsophagum prominebant, vel partiatim tantùm, vel denique vniuersim etiàm in ipsius visceris substantiam erant absconditæ, numero plerùnque tres, interdùm plures, ad summum autèm sex. At qvùm ternarium excedebant, sicutum figuram representabant, rotundarum verò duritatum & quas ferè exostoses dixisses, qvùm pauciores numerabantur. Quod materiā; videbantur penitus carthilaginosæ, tales nempè, vt cultello ægerrimè scinderentur, constabantque singulæ ipsis tunicis OEsophagœis vnâ, prèter *externam*, in talem materiam induratis: quæ nihilominus tandem abscisse, compertæ sunt veras non esse glandulas, siue quæ alys minimulis glandulis simul congregatis compingerentur: Sed capsulas esse quasdam carthilagineas, spissas, internè cauas instar specvum, plurimisque fornicibus inę-  
qua-

qualibus cameratas , quas pilæ variæ info r-  
mes fulciebāt distinguebantque. Stillabat pre-  
tereà vndequàque in illas aqueus limpidus  
que succus , qui tamen post , mixtione cum  
Vermibus eiusmodi cryptas incolentibus, in  
limosum , siuē flavum mutabatur . Aderant  
námque insupèr vbique circa illas pilas , sa-  
lebrasque, lumbrici teretes rufi parui, atque  
ab humanis longè absimiles , qui porró  
humori eiusmodi innatabant vnà cum ipso-  
rum semine , quod nonnunquàm visum est  
minimis pulueris pyry granulis assimilari,  
eàdemque fermè mucilage obduci, quâ &  
ranarum oua. Postremò hiscebant eæ glandu-  
læ orificio quodam instar aperturæ marsu-  
piorum , quæ scilicet minús exactè concluser-  
is; idque porrò abindè in OEsophagum per-  
uum spectabatur , non ità , si secùs setam in-  
rudisses : cum verò constrictorys , siuē muscu-  
losis fibris, more sphincterū, minimè donare-  
tur idem orificium , exitum proin sempèr  
humori illi flauo supradicto concedebat .  
Atque hinc planè cùm perpetua Canum ap-  
petentia sequatur, humor istorum digestivus al-  
iundè incassùm deriuabitur. His ergó sic con-  
sideratis, nullo negocio inductus sum ad cre-  
dendum Vermes , aut istorum oua requiri ad

cibos in verum chylum *transformandos*, suc-  
cumque ipsorum *solutivum* ab Oesophagœis  
glandulis vtcunque petendum esse.

XXIIJ.  
Sue

Hanc posteriorem effati nostri partem ful-  
cit hæc altera obseruatio. Ipse nàmque in  
Sue obseruaui aliquot conglomeratas glandu-  
las Dorso Ventriculi incumbere, nonnihil  
versus Pylorum, numero quatuor quinque  
sex, nonnunquam etiàm plures: crassitie  
fabam æmulantes, figuræ lenticularis, colo-  
ris denique ad liuiditatem vergentis. Licet  
autèm proptér circonfusam pinguediem tex-  
turamque obindè laceratu facilem ipsarum  
emunctoria toto ductu persequi non value-  
rim, inuento tamen copiosò eodemque flauo  
succo, qui ab ysdem glandulis atque intrá  
vtramque Ventriculi tunicam in inferiorem  
istius met Ventriculi regionem terminaba-  
tur, non ineptum fuit colligere talem fontem  
ab eiusmodi laticibus exsilire. Meminit eiū-  
scē rivuli ante me ipse etiàm *Malpighius*, vt  
qui ità loquitur. *Color eius* ( hoc est Ventri-  
culi porcini ) *varius* est. nám in parte propè  
os superius *subalbus* est, sicut & in parte supe-  
riori horizontali; reliquum colorem rubiginosum  
refert, & circà pylorum interdùm aspersa bile  
flauescit. Verum enim verò non esse bilem,  
quod

quod ē prædictis scaturit adenis, hoc ex viarum, per quas idem labitur, obseruatione iám patefactum est; remanet itaque, vt dicamus humorem esse illum alimentorum fermentativum, quemadmodūm ex loco, in quē definit, abbundē probari potest. Etenim illic Ventriculus spissioribus, crassioribusque, quàm alibi, rugis scatet[ vt nimirūm ibidem cum suo menstruo esca diutiū ferietur, sicuti & ob consimilem rationem locus ciborum solutionis in Boue est Omasum, siue Echinus, aut sinus ventris interior cancellatus.] Sed dices interiorem dictarum glandularum substantiam albam liquore etiám candido, ac tantum leuitèr salso scatere. qui fiat igitùr vt hic deindé statim ab exitu in flavum degeneret? Resp. hoc diuī meum animum torsisse, neque demūm aliam huiuscē phœnomeni causam assignare potuisse, quàm, quòd salia eiusmodi fluoris post egressum præfatum areas fortiantur diuersas ab antè occupatis: hinc enim, & luminis globulos secús, quàm dudūm ab eisdem salibus reflecti debere: quę scilicet ratio ipsa est eadem, quam alibi redidimus quoad apparentiam vasculorum ab OEsophagœis glandulis prodeuntium in homine, & quę, nem-

pè excernicula , ceù croceo colore delibuta ,  
venas proindé simulabant .

XXIV.  
Vitulæ

Denique in Vitulis , prætèr Conglomera-  
tas , de quibus alio loco , videre eit adhuc  
alias eiusdem generis glandulas sed maiores  
quæ itèm inflvunt in Omasum . Adstant au-  
tèm hę à parte eiusdem posteriori tres ple-  
rūnque numero , humanisque Renibus cra-  
stie similes , vt & figurā , quamuis colore  
non itá : habentque suos excretorios ductus ,  
qui albidum salsumque succum in idem de-  
ferunt Omasum . Sed quid de his plura com-  
memoro ? Si autopsiam consulant , vix du-  
bito , quin refractariæ quæuis certices ,  
*Dialectictoni &c.* huic sententiæ subscri-  
bant , humoremque alimentorum digestivum  
in plerisque animalibus aliundè , quàm è  
Conglobatis Ventriculi glandulis proueni-  
re tandem admittant .

XXV.  
Explican-  
tur phœ-  
nomena  
Digestione  
concer-  
nentia , &  
1. Fames

Quo non obstante libet ulterius animad-  
uertere , an posito , quod talis liquor in ho-  
mine ab Oesophagœis glandulis eructetur ,  
accidentia porrò , quibus Naturalis facultas  
ex eo interdùm læsa spectatur , ritè explicari  
queant : quod tamen in tali hypothesi tam  
bené successurum reor , vt etiamnùm teneam  
contrà sentientes exin' facile confusum iri .

Jd

Jd itaque vt , experiar explicetur v. g. *Fames* Hanc Philologi deffiniunt, quòd sit . Molesta sensatio vellicationis in Ventriculo orta ab acido quodam fermentatiuo , quod in absentia ciborum dentes suos infigit in Stomachum , ac præsertim in eius orificiū superius Verùm, i. *Famis* sedem non esse Ventriculum , aut aliquam ex ipsius partibus , docet abbundè ea consideratio, qua perspicuum est irritari non posse *Nerueam* Ventriculi , aut sinistri eiusdem orificy membranam, absque quòd Vomitus , ad minimum Nausea , vel Cardialgia sequātur. Quandoquidem scilicet *embesis* non aliter porrò excitatur . Prætereà verò , si alimenta ( verba sunt *Insignissimi Ulpini*) nedum visa , Olfacta , sed ore tenus prolata , saliuam , ut constat , in faucibus mouere , quod idem ac appetentiam excitare communiter solent , cur tam nobile munus , fluenti machine instauranda tantoperè necessarium , ubi r. liqua etiam ad melius esse sensuum organa in capite locantur , si pro faucibus ( addo ego & *OEsophagum*) tot militant argumenta , ad vilissimæ culinæ fores latrabit ? tantoque magis cum extremis in inedys , syncope lypothimia , deliquys alysque exsolutionibus , gutta una , aut altera spirituosi liquoris faucibus instillata , imò narribus

Spasmo-  
log. Pag.  
177.

bus illita, absque eo quod os Ventriculi appellat dictum factum languentes suscitat, & fons est. 2. si acidum illud fermentativum descendere iugiter in Ventriculum, sicuti interius huiusc inuolucrum ab illo assiduè stimulatur, ita & vt *Fames* perpetuò vrgeret necessum esset, quod est contrà experientiam. Dicere autem, quod acidum illud eodem influat, tempore duntaxat nutritionis, hoc omnino licentiosum dixerim, quatinus scilicet propellitur continuo ad prædictæ tunice glandulas arteriosus ille latex, qui pro acido Ventriculi habetur, neque in ys desuper tantum capacitas est, vt hoc ad tempus ibidem asseruari queat. Adde, quæ alibi attulimus de falsa eiusmodi *acidi* existentia, quæque de palpabili talis hypoteseos vanitate. Quamobrem, vt quod, ego de *Famis* essentia teneo, paucis exponam, eam sic describam, quod nempè sit *Molesta sensatio vellicationis in faucibus & Oesophago* orta ab humore præsertim glandularum huiusc conglomeratarum, qui in pastu exhaustus, atque ab hoc iterum post aliquot horas illic coaceruatus, ubi mox turgente copia in eandem Gulam fluere incœpit, salinis suis spiculis Nerveam ipsius tunicam feriat, atque absimi denuo exposcat. An

au-

autèm hoc rectè dictum sit , nec né , attenda-  
tur imprimis oblectamentum illud , quod in  
ciborum assumptione Famelici experiu-  
tur . Hoc enim , quatinus non in Ventriculo ,  
sed in Oesophago persentitur , ex abrasione  
scilicet illius succi , qui interiorem istius  
tunicam vellicat , decidere sufficienter po-  
test , quod si ipsius oblectamenti sedes Gula  
est , quidni etiam *Famis* , seu *molestæ sensa-  
tionis* ? Præterea , quoniam maiorem in-  
uenire est in Oesophagœo succo aptitudi-  
nem ad molestiam illam inducendam , quā  
in quocunque alio , frustrà proin *Famis* cau-  
sam repetis ex Ventriculo . Non abnuo ta-  
men , quominus in hoc interdùm cibi reli-  
quijs vacuo collectus idem succus ibi etiàm  
infestus esse queat , vt nempè in *Cholera* mor-  
bo , in *Vomitu* &c. Verùm quod *Famem* ,  
hanc ibidèm nunquàm orituram crederem.  
Uetat enim hoc desupèr *Vivilosa Crusta* , quæ  
in Ventriculo crassa , subtilis autèm in OEs-  
ophago spectatur planè , vt & ex hinc cognoscere  
queas , vtrum in *Famis* sedem elligere  
debeas. Quid enim aduersùs tam firmū scutū  
valeant imbellia iacula? E contrà verò OEsophagum  
leui tantùm , quasi lanugine Natura  
intus obduxit , ne membranæ *Nervosæ pru-*

ritus tām ad Vitam necessarius [ vtpotē nem-  
pē ex quo Homo viuere se se identidēm re-  
cordatur ] porrō impediretur . Postremō ,  
quiā ex allata descriptione satis , meo vi-  
deri, percipitur , cūr abeat , ac recurrat *Fames* .  
Recedit nimirūm hæc , quandō liquor glan-  
dularum Conglomeratarum OEsophagi ab  
alimentis abstergitur , vnāque abindē per cō-  
petentem *Deglutitionem* exanthlatur : redit  
autēm , eōdem liquido in eisdem glandulis  
recollecto , ac præ copia forās , vt sic dicam ,  
ebulliente , id videlicēt , quod quatuor , quin-  
que , aut sex &c. horarum interuallo à pastu  
contingit . Ad hæc , obseruo quosdam nullo  
non tempore inappetentes , & qui nihilomi-  
nūs intèr edendum esuriunt planè : quod  
quidēm non aliò refundi potest , quām in di-  
ctas glandulas pigrē admodūm fecernentes ,  
& quarum iccircò recrementum non , nisi  
diutina prolectione obtineri potest ; vt verò  
exire inchoauit , sequente *musculos&* tuni-  
cæ actione , faciliūs prodit . Aduerto itēm ali-  
os esurie percitos , bolis tamen vix quinque  
voratis , ampliūs non appetere , proptér vi-  
delicēt idem recrementum , quod in glandu-  
lis diù moratum , vt vrina in Vessica , magis  
falsum euadit : non sic , quod posteā succedit ,

poté naturâ serosum.

Sequerentur explicanda adhuc plurima phœnomena, quæ ab alijs diuersisq; eiusdem recreamenti conditionibus proueniunt, nisi interpellaret me *Sitis* [ tot nimirùm blate-ratis nugis ] quæ principem, post Appeten-tiam, locum sibi concedi postulat. Huic itaque ut mos geratur, dicam *Situm* excita-ri cum alibi, tum specialiter in Oesophago, absumpto hic à cibis, veluti per spongiam, humido, quod hinc ab arteryis, indè verò è glandulis *Iugularibus* emanat, ut vnicuique in propatulo esse potest.

xxvi.  
Situs.

Quapropter redeundo ad fermentum su-pradicatum atque ad ea incomoda, quæ ab eodem ipso præternaturaliter affecto gignun-tur, considera 3. *Bulimum*, seu Magnam Fa-mem [ ita nempè, ut ægri ob nimiam Famem Deliquium animi patientur.] Adscribi is vul-go solet liquori cuidam corrosiuo in Stoma-cho residenti, atque huius orificium sinistrum insigniter mordicanti: in quo tamen latet manifesta contradictio. Quid enim? aliquid in *Ventriculo* residebit, atque interim *superius* eiusdem orificium vellicabit! Si proptereá re-geris, iaculari huc aliquandò posse à Flatibus e. g. corpuscula complura volatilia, quæ

xxvij  
Morbi.

K k 2

ali-

aliquandò inter fermentandum in Ventriculo ab alimentorum massa fuerint separata , non habebis me repugnantem. Neque enim ignarus sum idem in *flatulentia hypocondriaca* sæpiissimè accidere, *Nausea nimirùm*, & non-nunquàm etiàm *Cardialgia* ob eadem miasmata sursum per *Ructus* eleuata contingere sæpè compertis : verùm in *Bulimo*, quemadmodùm non sunt hi *flatus*, sic nescio quidnam sales illos *corrosiuos* in superius Ventriculi orificium sit impacturum . Obstat enim prætereà salium eiusmodi euaporationi ipse saltim ciborum descensus in Ventriculum , & nihilominùs tamen tali imprimis tempore animo linqvunt ægri. Rursùm *Bulimus* constans affectio est : talis autèm, quasi effusatio , diutina esse non potest. Quamobrèm Rationi magis consentaneum existimarem dicere quod eiusmodi passio à *corrosiuo* quidèm aliquo succo procedat, sed qui abs Oesophagœis glandulis sequestretur: adeòque hinc è forti *Neruosa* tunicæ in Gula veluti lancingatione *Magnam Famem*; in superiori autèm Ventriculi orificio *Defectum animi* ob eandem causam debere contingere 4. Multo minús culpanda est eadem *lympha Gastrica* in *Fame Canina*, *Nausea*, vti & in *Soda*

*Soda*, quatinus uempè sinistri totiés nomi-  
nati orificij potius, quàm ipsius-met Ven-  
triculi passiones sunt : quarum proptereà  
causam si in prauam salium humoris *nostri*  
digestiui constitutionem retorqueas, ipse pro-  
pius rem attinges. Peculiare paritè eiusmo-  
di fermenti vitium supponunt 5. *Pica & Ma-*  
*lacia*, consiftitque id in speciali configura-  
tione salium componentium aliquem ex ys,  
qui succi labuntur in OEsophagum à glan-  
dulis huiuscē visceris Conglomeratis; si vide-  
licet eiusmodi configuratio analoga sit config-  
urationi particularum, quæ res præter na-  
turam expetitas constitvunt sic, vt dūm salia  
talis humoris descendunt per OEsophagum,  
rerum istiusmodi character imprimatur fibris  
Nerueis: ex quâ posteá impressione feratur  
animus ad easdem appetendas. 6. adhuc aliā  
*fermenti digestiui*, siuē eius, quod sic nominaui-  
mus, idest OEsophagœi succi, malitiā parentē  
agnoscunt *Inflatio Ventriculi*, *Ructus*, *Crudita-*  
*tes* cūm *acida*, tūm *nidorosa*, *Vomitus*, *Cholera* sicc-  
a *Hypocondriacorum*; eaque siuē *originaria*, à  
praua glandularū, vndé idem menstruū ori-  
tur, constitutione contracta, siuē *adscititia*, in  
ipso-met Ventriculo à rebus vna cum eōdem  
menstruo admixtis, nec ritè cōgruentibus ge-

ta ; quam tamen malitiam , hoc est peculia-  
rem in unoquouis morborum eiusmodi [ vt  
& in alys *Chylosin* adhuc concernentibus ,  
*Bradipepsia* nimirūm , *Apepsia* &c. ] salium  
partiumque laudati succi characterem descri-  
bere non est huius loci . Sufficiat igitur hęc  
vel summis , vt aiunt , naribus olfecisse , quo  
positionum mearum Veritas magis splen-  
descat .

XXVII.  
Remedio  
rum Sto-  
machico-  
rū actio.

Atque vt Therapia denique eodem pari-  
tē conferatur ; docuit quotidiana praxis ,  
in modō scriptis egritudinibus *Martialia*  
medicamenta in debita cum præparatione  
tūm & coniugatione administrata reliquis  
palmam præripere . Cūr autem hoc ? Respon-  
dent nonnulli , quod virtute illorum inci-  
siua Mesenterij , atque aliorum Viscerum  
glandulæ [ quarum obstrunctiones statvunt  
in causa esse Ventriculi malè affecti ] ab in-  
farctu , & sarcinā sua , quasi gypsea , libe-  
rentur . Sed , præterquamquod videre est  
aliquos *inappetentia* laborantes , & quorum  
tamen viscera nullatenus obstructa sunt ,  
refragatur ys insupèr hęc altera obserua-  
tio . Ipse scilicet noui plures , quibus appe-  
titus vel à longo tempore deiectus triduano  
*Martis* vsu fuit restitutus . Vnde verò tam  
cita

cita sanatio, si *Mesentery* glandulæ fuissent obstructæ? Excipis porrò non esse conglomeratas Pancreatis, *Mesentery* &c. quæ glandulæ in tali casu obstructæ fuerint; sed Ventriculi glandulas miliares, siue conglobatas Resp. hoc gratis dici, quatinus huiusmodi glandulæ non, nisi à frigore, vt à potu niuato e. g. obstrui possunt, planè, vt & cutaneæ corporis glandulæ, quarum succus abs nitro aereo coagulatur. Demus nihilominus illas sic fuisse constipatas; nonnè tamen citius Diaphoreticis, quam chalybeatis pharmacis fuissent referandæ? Ad hęc proptereā aly cum *Helmontio*, *Tachenio* ac propè vniuerso Chymicorum Choro prohibent *Martis* usum instantūm prodeesse in morbis à *Chylificatione* lęsa, inquantūm quod alkalicæ eiusdem moleculæ *acidum* Ventriculi absorbent. Ast contrà reputando, si *acidum* Ventriculi [per illos] ivuat *Chylificationem*, cur remedys esset absumendum? Etsi autem quantitate fortè peccaret, nonné idem per emetica verius, quam per incisiua, aut aperitiua medicamina posset euacuari? Mallem itaque autumare, *Martis* vim ferri in sanguinem, cuius deinde principia minus unita, minusque salis suppeditantia in Glan-

Glandulas OEsophagi Conglomeratas , seri autem magis , præfatis affectionibus velut ansam præbeant: quæ nihilominus post, operante stiptica *Martis* natura , seu corpuscularitate , reductaque ad congruentem cras in vniuersa massa, remittantur protinus, debito nimirum fermento prædictis glandulis restituto . Quam quidem rem ita profecto se habere ostendit mihi hæc nupera obseruatio . Quatinus videlicet comperi , quotquot iam sèpè memoratis infirmitatibus tenebantur , citius , aut tardius curari, prout nempè minor , vel maiora eiusmodi discrasie signa apparuissent: Et quod sanguinem ; vidimus dudum eum, qui in toties nominati fermenti materiam abit , è puriore fonte manare hoc est ex Corde , à quo scilicet in *Bronchiales* , *Mediaстinas* , *Celiacasque arterias* [ quibus OEsophagi glandulæ allvuntur ] immediatè transcurrit : id profectò , quod me etiam induxit ad opinandum, glandularum huiusmodi succum ideo fermentativum esse debere . Secùs enim , quorsum talis deriuatio ? et si eadem glandulæ lympham colligere , aut alio quopiam ignobili munere fungi debuissent ? Infero præterea exinde , quod tale fermentum summè activum, summèque mobile ,

bile esse debet, quatinus scilicet hinc nitrum aereum, quod in Pulmonum vessiculis se se sanguini incorporauit, nondum de acutie suâ quidquam remisit, indè verò sanguis sumptum à Corde motum per breuem illum tractum, qui ab hoc ad glandulas iam citatas intercedit, oppidò conseruare valet. Sed iuxta hanc talis menstrui originem aduerto rursus odora corpora, etiam non vesca, appetitum inducere. Hoc autem ego non alio retorquendum putarim, quam in miasmata eorundem corporum volatilia, quae in Pulmonem introducta ut sanguinem attenuant, huncque posteà in Cor atque in arterias supradictas solito citatiore cursu impellunt, ita humorem Oesophagi ad exitum è suis glandulis illiciant. Obseruo itidem ad hunc modum instigari Famem ab aere puriore, ut Matutino e. g., à lætitia quoque & gaudio alysque rebus motum sanguinis sollicitantibus, sicuti è conuerso minuitur eadem ab aura minus temperata, idest paulo crassiore, atque humida: item à mærore, tristitia, metu, iracundia similiibusq; quotquot nimirum pathemata, vel respiratione cohibendo, vel alio quocunque modo sanguinem affiendo, istius motum remorantur, atque ab Oeso-

phago, siue ab huius glandulis abstrahunt. Coeterum, quod *Stomachica* nuncupata medicamenta : hec, quandoquidem plerunque amara, falsa, aut potius vrinosa, atque acria, seu aromatica existunt, patet ratio, propter quam Ventriculo amica sunt, ac *Digestionem* ivuant. Cum etenim analoga sint fermento digestivo [quod scilicet salsum comperimus, subamarum, atque vrinosum] ciborum fermentationem non procurare, Ventriculi fordes non abstergere, cruditates non attenuare nequeunt. Iamque adeo ipse sententiam meam vndequaque confirmatam video, ac taliter, ut obices illi non formidandi sint, in quos haec tenus impegerunt, quotquot tandiū decantatum Ventriculi *acidum* quocunque intrudere, atque extollere perrexerunt.


*Acidum* sanè bilem mouens, Veritatis larua, secus quam facie tumens, & quid? si reliqua eiusdem probra singillatim persequi licet! Sufficiat igitur demonstrasse, non existere in Humano corpore tale *acidum Chylificativum*, quo porrò consequentiæ ex eiusmodi positione hucusque diductæ meritum iudicium subeant. *Semel enim falsum semper est falsum*, ex vetusta Philosophorum sanctione: siue, cum *falsum est, quod precedit, falsum*

falsum etiā est , quod consequitur ; & rursus,  
cūm falsum est , quod consequitur , necesse est ,  
ut falsum sit , quod præcedit : quæ regula est  
*D. Augustini* .

Falsitas autem eius opinionis (quā nempē  
lympha Ventriculi *acida* prætenditur à  
plerisque in causam alimentorum Digestio-  
nis) tam quod antecedentia quam quod con-  
sequenta luculentissimè , ni fallor , ex di-  
ctis euinci potest.

*l. 2. de  
Doct. Ch-  
rist. c. 32.*





## *Epilogus, seu Conclusio.*

I.  
Ergo li-  
quor gl-  
andularū  
OEsophag-  
i verū  
est fer-  
mentum di-  
gestivum

**J**Taque collige Fermentum verum Digestiu-  
vm abs vno OEsophago humore manendum  
esse, & cùm ex hac hypothesi præsertim ri-  
té intelligatur quamobrèm *Stomachica* voca-  
ta medicamenta eiusmodi nomine dignan-  
da sint, & quomodò *Chilosis* plerùnque labe-  
factetur. Deinde, qualiter *Sitis*, *Fames*, &  
quamplurima huius pedisequa accidentia  
pangantur, & rursùm cùr comparatiuè ad *Bru-  
ta* succi *chylificatiui* scaturigo scorsúm à Ven-  
triculo, id est in *OEsophago*, vt plurimum  
auguretur &c. Hæc nàmque genuinos lauda-  
ti menstrui titulos contestari debere.

I.J.  
Et cito du-  
plex

Ulterius; ambigua vox Fermentum: huius  
ergò significationem aliquantocertiùs expo-  
nendā fuisse; quæ in nostro casu non tam *so-  
lutionem*, quam ipsorum-met alimentorum  
in aliam materiam *conuersionem* importare  
videbatur. Quatinus *chylus* quidpiam est  
aliud ab alimentis quantumuis fusis, aut  
aliquo quocunque modo liquatis. Cùm igi-  
tur liquor OEsophagi supradictus vtrum-  
que

que illud præstare posse vius sit quidni  
proin ambivisset fermenti digesti dignita-  
tem?

Etenim ex vna parte *falsus* glebulis etiām pollet talis humor, quarum aliæ integrantes *analogæ* sunt poris ciborum assumptorū; aliæ verò essentiales eisdem poris penitus *incumpetentes*: Ut verò ex ista cum proportione, tūm & dispropotione particularum respectu obiecti fermentabilis intercipi debet æther vndèquaque excurrens, sic & fermentatio cum eādem materia contingat decet. Nec ivuat profectò isti, hoc est alimonię, diuersimodè figuratis particulis constare. Quandoquidém liquor ille pluribus etiām scatet quæ eidem hinc homogeneæ, indè verò & etherogeneæ existunt alkalicę nempé, acres, nitrosæ armonia cæ, siuè vrinosæ &c., quæ proptereà plūs, quám vulgare menstruum, ipsam aquam regiam constituere aptæ forent.

III  
*Solutiōnēs*

Ex alia autem continet in se atque amplectitur præfatus liquor *chylosam* radicem, siuè basin, quæ est instar pulueris projectiōnis in opere philosophico. Ut enim hic centuplo crassiorem mercurij debitè alterati massam in verum aurum transformat, sic

IV.  
*Et trans-  
mutatiō-  
nēs.*

illa in chylum, cui analoga, est deglutitam escam sibi assimilat.

V.  
Hic ē gl-  
andula  
Thyroi-  
dœa

Sed profectò chylus viuida materia est: huius iccircò basis, seù principium, itèm viuat opportet. Quæ quidem vita in fluidis humani corporis radicaliter non inuenitur; ergò neque in humore OEsophagi solutuo, saliuæ, humore Ventriculi, &c. ut potè quæ principiata sunt, non principia [principiatum autem nequit elicere effectum potiorum se, qualis in chylo percipitur] vndè fit, ut tale *Viens* esse debeat quidpiam principale, distinctum, in Viuente animali consistens. Cùm verò obseruentur in unoquolibet istorum [etiam Vegetabilium] alia diuersi generis, quæque propria ac speciali vitâ vivunt animalia, plerūmque Insecta, seù *Vermes*, dispeream, ni istorum sit principium illud vitale chylificativum præfatum. Sic enim ordinatum est in naturâ omnium animalium, ut alterum alteri alimento sit, & cùm denique chylo viuere conspiciantur etiam Lumbrici, quotquot incolunt humanum corpus, ut nouimus. Quamuis in Homine animantium prestantissimo, sibique idoneā escam apparare gnaro hāud opus ys specie *Vermibus* ad chyli formationem: sufficit ipso.

ipsorum semen, quod ut vite primordia in se fouet, sic & basi gaudet quadam vitali, alteri materiae conciliabili, eique analogâ, quâ utri-que vivunt, Homo & Vermis. Atque hæc quidem basis radix illa est, siue fermentum alimentorum *transmutativum* cius necessitas luculentèr, ni fallor, satis alibi fuit demon-strata.

Porrò autem tale semen, hoc est oua ver-minosa, conduntur promunturque à glandu-la *Thyroidæ* Ouarij nomine idcirco indige-tanda; suntque illa oua in ouo muliebri quemadmodum reliqua Foetus rudimenta, à Natura designata. Hem! par Testi Muliebri est item *Thyroidæ* glandulæ in Ovo delineatio: sed fecundata illa, nempè oua vermino-sa, innumerabilium morborum portenta sunt: non sic quæ è Muliebri Ouario sece-dunt.

Quod vero spectat fermentum *solutivum*; exprimitur hoc è reliquis conglomeratis Oesophagi glandulis, nominatim, è *Tra-chealibus* triplicis speciei, è glandulis *prima* *Diuisio-nis* Asperæ arteriæ, *Dorsi*, *Bronchiorum* ac *Ventriculi*, prout nimirum in Anatomicis enarrauimus; adeò ut tandem concludere liceat, in uno liquore glandularum enuncia-ta-

VI.  
Ille ema-nat è re-liquis.

tarum reperiri illas omnes conditiones; quæ ad humorem digestivum verè talem attestandum necessariæ existunt.

VII.  
Vera OE  
sophagi  
descrip-  
tio.

En igitur paucis, qualem[ consequenter ad dicta ] publicandam duxi OEosphagi descriptionem. OEosphagus est canalis membranosus à Faucibus ad Ventriculum protensus ut esculenta ac potulenta Humore Digestiuo suffundat, imbutaque in eundem Ventriculum diducat.

VIII.  
Perfecta  
denique  
pegluti-  
tionis ex  
plicatio.

Sic itidem quomodò deglutitio absoluatur nempè Constrictionem OEosphagi, adeoque cibi potius protrusionem ulterius continuari usque ad Stomachum per dilatationem fibrarum annularium tunice Musculosa, & constrictiō nem fibrarum longitudinalium Antagonistarum eiusdem tunica ita scilicet, ut quo tempore dilatatur OEosphagi pars inferior, constringatur eiusdem pars superior: dum verò eadem Musculosa tunica ampliatur tubuli glandularum OEosphagi conglomeratarum excretorij altius invaginentur à trochleis dictam membranā per forantibus eodemq; tempore magis, quam alias patefactis; dum autem constringitur, exprimantur eidem tubuli ac veluti emungantur, propter nimivm coarctationem trochlearum tunc temporis accedentem; humore interim fontium memoratorū large

*Epilogus , seu Conclusio .* 273

*largè in OEsophagum collacrymante per plures  
poros siue conglobatas , aut , si mauis , disgregatas  
glandulas per nerueam eiusdem canalis tunicam  
disseminatas . In his etenim Ratio antè pro-  
cellis agitata securè , velut in portu , tan-  
dèm quiescere comperta est .*


**D I X I.**

M m

... *in* *the* *city* *of* *Paris*, *and* *the* *French* *people* *are* *now* *more* *than* *ever* *anxious* *to* *see* *the* *remonstrance* *of* *the* *French* *people* *in* *the* *hands* *of* *the* *French* *government*. *A* *memorial* *on* *the* *subject* *is* *now* *being* *prepared*, *and* *will* *be* *presented* *to* *the* *French* *government* *in* *the* *course* *of* *the* *next* *few* *days*.

## XIII.

m M




# BIBLIOPOLA LECTORI

S.

PRomiserat Preclarus Au-  
thor heic Figuras exhibere,  
quibus Facti Veritas magis indi-  
caretur . Verum , cùm hoc Sibi per  
ocium , atque ob defectum Instru-  
mentorum in èa , quam colit Uil-  
lam , minimè licuerit , rescripsit  
prestiturum Se id in alterà Edi-  
tione , quam ornatiorem parat ,  
Et auftiorem ; postquam scilicet in  
Vrbem (prout destinat) exceptus  
me

meliorem ibidem Operibus Suis  
consulendi copiam naEtus fuerit ,  
hac , quod Se absente facta quam-  
plurimis mendis scateat , minus  
arridente : Interim nihilominus  
bis vel absque eiusmodi Tabulis  
uti cuilibet integrum esse . Uale.



The sun above the horizon is visible  
when the angle of elevation is

